



PROGRAMM

des

Königlichen und Stadt-Gymnasiums zu Cöslin

womit

zur öffentlichen Prüfung am 4. April

ehrerbietigst einladet

Dr. L. Pitann,
Director und Professor.

-
- Inhalt: 1. Quae genera compositorum apud Homerum distinguenda sint.
Scr. Dr. F. Schaper.
2. Jahresbericht des Directors.

Coeslin 1873.

G e d r u c k t b e i C . G . H e n d e s s .



PROGRAMM

Königl. k. k. Stadt-Gymnasium

in Wien

zur öffentlichen Prüfung am 4. April

Dr. J. J. J. J.

1874

Quae genera compositorum apud Homerum distinguenda sint.

Novissimo tempore tot doctique viri de compositione nominum et adverbiorum scripserunt et quae sit vis et origo compositorum exponere studuerunt, ut jam difficillimum sit aliquid omnino novi hac de re proponere. Praecipue de compositis homeris magno studio et amore disputatum est, et quidem merito; nam non solum plurimae et antiquissimae hujusmodi formationes apud hunc poëtam inveniuntur, quae quasi normam et regulam scriptoribus posterioris aetatis praeberint, sed etiam exstant composita, quae usque adhuc ea explicatione carent, ut dubitatio omnino summoveatur. Attamen unum in his disputationibus neglectum esse puto, divisionem dico, quae certis principiis innisa verae compositorum naturae accurate respondeat nec rationes sequatur, quae ad rem ipsam non pertinent.

Quantopere grammatici Indorum de arte grammatica meriti sint, nostris temporibus haud quisquam vir doctus erit, qui addubitet, cum id genus studiorum, quod versatur in comparandis linguis, praecipue positum sit in ratione atque doctrina Indorum. Sed cum prope omnia, quae de originatione verborum, de radicibus linguae et de multis aliis rebus grammaticis protulerunt, a viris doctis nostrae aetatis mirabilem in modum expleta, emendata, amplificata sint, ea quae de compositione nominum censuerunt et praecipue de divisione compositorum, quasi nulla correctione et emendatione egerent, usque adhuc adeo viris doctis sufficere videntur, ut, qui hac de re scripserunt, prope per omnia Indos sint secuti, ita Justius in egregio suo opusculo, quod est inscriptum: Ueber die Zusammensetzung der Nomina in den indogermanischen Sprachen, Berchtius in disputatione sua: Ueber die Composition der Nomina im Homer, et alii. Jam, omissis compositis iis, quae a grammaticis Indorum Dvandva dicuntur, quia horum nullum exemplum apud Homerum invenitur, videamus, quid viris doctis de compositione nominum placuerit. Quodque compositum, quocumque singula verba comprehendit et continet, tamen e duabus tantum partibus necessariis constat: altera, quae notionem alterius quodammodo complet et quasi accuratius describit, et altera, cujus notio completur et describitur. Ita *πανάποτος* compositum tria quidem verba complectitur, attamen duas tantum partes: adjectivum *πᾶς* et adj. comp. *ἄποτος*, infelix, miser. Quam notionem adj. *πᾶς*, cui hic vis adverbii cujusdam inest, auget et quasi extollit; *πανάποτος* igitur valet: omnino miser. *Δυσ-αριστοτόκειον* Thetis se ipsam dicit, quod optimum filium ad proprium ejus exitum pepererit. Hujus compositi prior pars est *δυσ* „male“, *ἀριστοτόκια* est ea, quae optimum peperit, iterumque compositum. Raro plura quam tria vocabula in composito

graeco conjuncta inveneris; nam etiam hac in re Graeci modum tenere pro maxima laude habebant, dum Indi, praecipue scriptores posterioris aetatis, adeo saepe omnem modum certosque in componendo fines excesserunt, ut composita formarint, quae ex viginti et pluribus singulis vocabulis constant nec intelligi possint nisi summa vi et contentione ingenii adhibita. —

Composita omnia dividuntur a Justio in duo genera: alterum genus superius et perfectum — alterum inferius et minus perfectum. In illo genere compositio id quod maxime poterat, est consecuta, cum enunciationem totam uno verbo exprimere possit. *Ῥοδοδάκτυλος* est ea, cui digiti tanquam rosae sunt, *ἦτανι οἱ δάκτυλοι ὥστε ῥόδα εἰσίν*. Quoniam ejusmodi compositis enuntiatio relativa continetur, Justius ea relativa dicit; alii possessiva appellare malunt, quod iis notio habendi et possidendi insit vel potius in explicando supplenda sit: *μεγέθυμος* est is, qui fortem animum habet seu possidet, cui est mens fortis. Berchtius, quod permulta hujus generis composita minus apte addita notione possidendi explicari possint, ut *βροτολογός, ἀνδραχθής, ἑτεραλκής, ὄξυβελής, ἠδύποτος* cet., ea attributiva dicere mavult. Sed etiam hoc nomine minime immensa quasi copia talium formarum satis accurate comprehenditur; nam permulta composita vim attributivam habent, attamen nullo pacto illorum numero adscribi possunt, ea dico, quorum partes posteriores adjectiva sunt, quae priore compositi parte quodammodo accuratius describuntur et complentur. Huc pertinent *ἀγαλλειτός, τρισμακάω, ἀμφιμέλας* et permulta alia. Grammatici Indorum illis, quae nostri relativa seu possessiva dicunt, nomen Bahuvrihi indunt, quod exemplum hujus generis est et significat eum, cujus oryza multa est, cui multum oryzae est.

Altera species compositorum perfectorum est ea, quae a grammaticis indicis „avyayibháva“ dicitur, a Justio composita adverbialia. Quae non minus illis enunciationem totam continere et enunciatione tota explicanda esse, idem Justius docet. Quamquam fortasse nimis breviter de dividendis compositis in disputatione sua agit, tamen hoc omnibus compositis perfectis proprium esse vult, ut enunciationem totam uno verbo complectantur et expriment. At cum apud Homerum legimus: *Θήβην ὑποπλάκιον* — quomodo interpretemur hoc adjectivum? Constat procul dubio ex praepositione *ὑπό*, nomine proprio *Πλάκιος* et suffixo „*ω*“, quod proprie vim pronominis relativi habuisse ex lingua sanscrita scimus, ut jam explicandum sit: *Θήβην, ἣ ὑπὸ τῷ Πλάκῳ ὄρει* sc. *κεῖται*. Num quis dubitabit, quin etiam hoc compositum totam enunciationem relativam in se contineat? Attamen si tantum in iis compositis, quae „Bahuvrihi“ appellata sunt vel quae „avyayibháva“, compositionem perfectam esse putamus, *ὑποπλάκιος* compositum vix his adscribi poterit. Vel cum legimus il. XII, 23: *ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν* — nonne quisque in composito *ἡμιθεος* plus inesse intellet quam in composito *ἡμιτάλαντον*? Hoc significat „dimidium talentum“, illud eum, „qui dimidio deus est.“ Vel cum reperimus: *Ἴριος ἄἼριος* od. XVIII, 73, quod compositum eodem modo formatum esse patet quo *Ἄυς παρῖς*, cujus Vocativus nonnullis locis Iliadis exstat; nam ut etiam hoc constat ex indeclinabili et nomine proprio — tamen illud explicandum est: „qui jam non Virus est“, et hoc nihil aliud valet nisi: „nefarius Paris.“ Alio exemplo utar.

Exstat *ἀλφειβόιος* adj. il. XVIII, 593 et attribuitur virginibus pulchris, quae propter pulchritudinem vel propter alias virtutes a multis viris petuntur et magno tantum pretio a patribus in matrimonium dantur. Quae virgines dicuntur *ἀλφειβοῖαι*. Cum compositum quasi dissecamus, haecce membra in eo reperimus: nomen verbale *ἀλφει* (jam quomodo hujusmodi vocabula, quae tantum in compositis usurpantur, formata esse videantur omitto; dubitari vix potest, quin sint re vera nomina verbalia) a verbo *ἀλφειν* derivatum, quod dicitur de iis rebus, ex quibus lucrum quoddam quaeri possit.

Praeterea inest subst. *βοF*, nom. *βοῦς* (nam *βοῖος* ex *βοF-ιος* profectum esse certum est), et suffixum „*ω*“, quod vi relativa praeditum fuisse jam antea vidimus. *Ἀλφειβωια* est igitur virgo, „quae (patri) boves comparat.“ Eadem ratione interpretandum est *ταλαπειριος*; *ταλα* est mutilatum quoddam nomen verbale, *πειρη* valet „periculum“ et *ω* „qui“; igitur explicabimus: *ὄς (πολλὰς) πειρας ἔτλη*, „qui (permulta) pericula toleravit.“ Jam qui haec leget, me multo plura composita primo ac perfecto illi generi compositorum adscribere quam Justium intellet. Equidem censeo, omnia composita esse perfecta, quae, ut omnino intellegantur, tota enunciatione, relativa aut conjunctionali, exprimenda sunt et ex tali quadam enunciatione exorta esse videntur. Saepe enim pron. relat. vel demonst. (antiquissimis temporibus haec nondum inter se diversa fuisse et promiscue usurpata esse et e lingua Vedarum, quae dicuntur, et Homeri intelleximus) in forma suffixali conservatum est nec oblivisci licet, quodque suffixum primitus propriam suam notionem habuisse, etiamsi animadvertimus ea postea nihil aliud esse facta nisi signa cujusdam relationis. Qui linguis comparandis operam dant, radices hujus modi, quibus suffixa formata sunt, pronominales vel demonstrativas dicunt. Quae suffixa plerumque in compositis usurpata esse videntur, haec sunt: „*a*, *yā*, *ika*“, graece „*o*, *ω*, *ωο*“; dum nostra lingua praecipue horum postremo *ika* utitur (in forma „*ig*“, ut in comp. schön-haar-ig), in graecis compositis suffixa „*o*“ et „*ω*“ deprehendimus. Pleraque suffixo omnino carent. Sed censeo, iis temporibus, cum primum composita formata et usurpata sunt, suffixo, ut intelligi possent, omnino opus fuisse, quoniam, liceat mihi ita dicere, enunciationes quasi constrictae erant. Cum magis magisque tempore praetereunte singulae compositi partes et accentu et notione in unum coalescerent et quasi confunderentur, cumque suffixa, propriis notionibus amissis, ad signa cujusdam relationis redigerentur, hujus generis compositorum tam numerosa exempla exstabant, ut haec jam ad componenda nomina ingenio humano normam et regulam praerberent; suffixo jam non indigebant, compositio sola sufficere videbatur, ut intelligerentur, cum jam ingenium hominum didicisset, id, quod certo verbo in composito expressum non erat, facile supplere et affingere.

Jam videamus, quae species compositorum hujus generis discerni possint. Primam ea continere censeo, quibus, cum pluribus verbis explicamus, copula supplenda est. In quibusdam pars posterior vim nominis praedicativi habet: *βροτολοιγός* qui est exitium hominum, *Ἄρης*; eodem modo formatum est *ἀθηρη-λοιγός* ventilabrum; *ποδ-ήνεμος* = *ἦ τοὺς πόδας ἄνεμός ἐστιν, ἀνδρο-αχθής* quod viro grave pondus est, *χερμάδια*, od. X., 121, *Φοινό-πεδος* quod solum est ad vites colendas aptissimum, *θυμο-λέων* qui fortitudine leo est, *ὄξυ-βελής, δFιστός*, quod telum acutum est, *πολυ-ηγερός* (τὸ ἄγερος = ἀγορά), *ἐπίκουροι* il. XIII., 171, qui numerosa contio sunt, *ἡδύ-ποτος, Φοῖνος*, quod est dulcis potus, *παν-ἀργυρος* quod omnino argentum est, *πάν-ορμος* quod omnino portus est i. e. locus ad appellandas naves aptissimus. Haud raro priore loco indeclinabile quoddam exstat: *ἡμίθεος, ἄFιρος, ἀγ-ήνωρ* qui mirum in modum vir est, admodum virilis, id. *ἀγαπ-ήνωρ* (de quo vide infra), *ἀν-ήνωρ* qui vir non est, ignavus; at *εὐ-ήνωρ* quod bonum virum efficit, *Φοῖνος* et *χαλκός*; *ἀγχι-μαχητής*; *ἀ-φρήτωρ* compositum est notandum, quod in graeca lingua solum nomen *φρήτηρ*, lat. frater, germ. bruder, sanscrite bhrâtar conservavit, sed notio immutata est, *φρήτηρ* non significat fratrem, sed eum, qui cujusdam stirpis est; *ἀφρήτωρ* est igitur is, qui *φρήτηρ* non est, i. e. qui ex omni societate humana quasi ejectus est et ea de causa nemini amicus. Coniunctum est il. IX., 63, quo solo loco exstat, cum *ἀθέμιστος* et *ἀνέστιος* compositis; *ἀμφι-κύπελλος* quod utrimque poculum est, *δέπας*.

Permulta priore loco praepositionem quandam vel adverbium exhibent, ex quo, cum compositum circumscribimus, pars posterior pendet: *ἀμφι-βοότη ἀσπίς* est scutum, quod circa virum est eumque ab omni parte tutatur; *μεταμάξι-ος, στῆθος*, quod inter mammas est, *ὑπο-ταρτάρι-ος, Τιτῆνες*, qui infra Tartarum sunt, *ἀντίθειος* qui loco dei esse potest, deo simillimus, *ἐπι-κάρι-ος, Τισῆνες*, qui infra Tartarum sunt, *ἀντίθειος* qui loco dei esse potest, deo simillimus, *ἐπι-κάρι-ος*, pro *ἐπικάρσιος*; *καρτ* detruncatum esse e *καρτα, καρτατα* Benfeyus docet, Wurzellex. II., 285; od. IX., 70 hoc compositum attribuitur navibus, quarum priores partes, procella vehementer urgente, mari merguntur, confer adv. *ἐπίκασ*. Sed jam satis, sufficet reliqua hujusmodi compositae enumerare; qui leget, ipse, quomodo interpretanda sint, intellet. Haec sunt: *ἀντι-ανείρη, ὑπο-νήμος, ὑπο-πλάκ-ιος, ὑπ-ωρόφιος, ὑπουράνιος, ὑπασπίδιος, ὑποχειρίος, ἐπουράνιος, ἐπιχθόνιος, ἐπιδίφριος, ἐπουφάλιος, ἐπιδήμιος, ἐπινεφρίδ-ιος* (a stirpe * *νεφριδ* = *ὁ νεφρός*), *ἐφημέριος, ἔφ-αλος, ἐπ-άρουρος, μεταδήμιος, μεταδόριος, ἐναγίδμιος, ἐν-εννα-ῖος, ἐνθύμιος*, id. *καταθύμιος*, opp. *ἀποθύμιος, εἰνόδιος, εἰνάλιος, ἐνύπνιος, ἐννήμιος, ἐνδιος* pro *ἐνδιφιος*; *διF* est ea stirps, quae exstat in casibus obl. nominis *Ζεύς: Δι-ός, ΔιF-I* cet.; proprie coelum significabat, sed in composito nostro tempus, quo coelum clarissimum est, meridiem; *ἔμφυλος, εἰσωπος* quod in conspectum alicujus venit, il. XV., 653, *ποτιδόριος, καταχθόνιος, καταμάδιος*. Alia vice substantivorum funguntur, ita tamen, ut, quomodo exorta sint et quid proprie expresserint, omnino perspicuum sit: *ἐγ-κέφαλος* id, quod intra caput est, cerebrum; *ὑπερ-θύριον* quod supra fores est, limen superum; *ἐπίσσοτρον, ἐπίτριον, ἐπίγρονις, πρόθυρον, ἀντίθυρον, μετάφρονον, μέτ-ωπον, ὑπόπια, τά; ἐνώπια, τά; ἐπισφύριον, ὑπόρεια* regio sub monte sita; *ἐπίστιον*. — Sunt, quae spatium quoddam temporis, quo aliquid fit, statuunt: *παν-νύχ-ιος, ἄνεμος*, il. XXIII., 217. ventus, qui per totam noctem tenet; suffixo „o“ formatum est: *πάννυχ-ος, ὕπνος, πανημέριος, εἰνά-νυχ-ες*, il. IX., 470. Pauca et adjectiva et substantiva liberius explicanda sunt: *ἄλλο-πρός-ἄλλος* qui ab alio ad alium se vertere solet, vituperatur hoc epitheto Mars propter inconstantiam suam; *παν-δήμ-ιος, πτωχός*, od. XVIII., 1, qui per totum demum mendicat; *εὐ-ἀγγέλ-ιον* quod bona nuntiantis est, intelligenda merces bona nuntiantis; *οδοι-πόριον* quod viatori necessarium est, i. e. viaticum; *μοιχ-άριον* a quodam * *μοίχαρρος* in adulterio deprensus; *μοιχάριον* est poena, quae adultero solvenda erat. Etiam *θεο-πόριον* responsum deorum, *ἀνδο-άρι-α* spolia et *αἰ-πόλιον* grex caprarum his adscribenda esse videntur.

Sequuntur composita, quae a grammaticis indicis bahuvrihi, a Justio relativa dicuntur. Quae cum pluribus verbis circumscribimus, notio habendi vel possidendi supplenda est. *Παν-ομφα-ῖος*, quod attribuitur Jovi, explicandum est: *ὃς τὰς ὄμφας πάσας ἔχει*, cui omnia sunt; *νὺξ σκοτομήν-ιος* = *ἦτινι ἡ μήνη ἐν σκοτῷ ἐστίν*, cui luna in tenebris est; nam patet, priori hujus compositi parti vim locativi esse subjiciendam. Permulta suffixis utuntur: *ἀ-θεμιστ-ιος* qui jus divinum non habet, i. e. contemnit; idem valet *ἀ-θέμιστ-ος*, suffixo „o“ formatum; *ἀπειρέσι-ος* pro *ἀ-πειρέτ-ιος* et cum eadem vi *ἀπερείσιος* quod fines non habet, immensus; *ὄρθο-κραιος* pro *ὄρθο-κραι-ος, κραι* pro *καρτατα* (Benfey W. L. II., 282), nisi forte nomen *κραιρα* statuendum est, quod valet „caput“, (de explic. hujus comp. vide infra). *ὄμο-γάστρ-ιος* qui eandem matrem habet, *κασίγγητος; ἐννεά-βο-ιος* quod pretium novem boum habet, *ἐκατόμβιος, δωδεκάβιος, τεσσαρά-ἐφεικοσά-βιος, ἀ-κήρ-ιος, ν-ηρέμ-ιος* idem quod *νήνεμος, κνανο-πρόρε-ιος, νηῦς*, navis, cui pars prior tanquam chalybs caerulea est. Suffixo *Fεντ*, Nom. *Fεις*, haecce formata sunt: *ἀμφι-γνή-Fεις*, distortis cruribus praeditus, (vide infra), *βαθν-δινή-Fεις* = *βαθν-δίνης, ἀλυμνή-Fεις, ποτι-φανή-Fεις*. Suffixo „o“ haecce: *εὐ-τείχε-ος* = *εὐ-τειχῆς* quod exstat in acc. *εὐ-τειχέα*; *ἐκατόγ-χειρ-ος, δυς-χείμερ-ος* malam hiemem habens, *Δωδώνη; ἀ-γῆρα-ος* (*γῆρας*), contr. *ἀγῆρας; ὑπί-κρωος, ἔλαφος* od. X., 158, pro *ὕπικρωος; χροος-άορ-ος,*

ἄμφω-ός utrimque ansam habens. Πεντα-Ἔτ-ηρος quinqu-enn-alis formatum suffixo ἦρο, quod idem esse atque latinum „āli“ verisimillimum est. Reliqua omnia horum compositorum enumerare optimo jure supersedere mihi video; satis erit, natura prioris partis certa genera discernere et cujusque generis nonnulla exempla afferre.

1) Prior pars est adjectivum: *λενω-ώλενος*, *μεγα-κήτης*, *μεγαλ-ήτωρ*, *καλλι-γυναικα* (acc.), *καλλι-θριξ*, *καλλι-πλόκαμος*, *πνικ-μήδης*, *ἀργι-κέραννος*, *ἀργι-όδονος*, *ἀργι-πους*, (de his vide infra), *Ἡθν-Ἐεπής*, *ὠκύ-μορος*, *ὠκύ-πτερος*, *δουλιχό-δειρος*, *κύκνοι*, *δολιχ-αυλος*, (*αὐ-λός*), *ἀρανέη*, od. IX., 156; *δολιχ-εργής*, *δολιχό-σκιος* (*σκιά*), *αἰν-αρέτης* cui terribilis fortitudo est, attrib. Achilli il. XVI., 31, *εὐρυ-μέτωπος*, *εὐρυ-όδε-ια*, *εὐρύ-Ἔοπα* (Nom. il. V., 265, od. II., 146; Voc. il. XVI., 241; Acc. il. I. 498, VIII., 206, XIV., 265, XXIV., 331 = cui vox longe sonans est, late tonans, attrib. Jovi; *εὐρύ-πορος*, *εὐρυ-πυλῆς*, *πολύ-αινος*, *πολύ-Ἔρηνος*, Dat. sg. *πολύ-Ἔαρν-ι* (a stirpe *Ἔαρν*, quae exstat apud Homerum; transpositione e *Ἔαρν* fit *Ἔρην*, quod exstat in Nom. pl. *πολύἜρην-ες* et suffixo „ο“ addito: *πολύ-Ἔρηνος*; *πολυ-δαίδαλος* (*δαίδαλον*, τό, artificium) attribuitur et rebus artificiiis ornatis et viris Sidoniis, il. XXIII., 743, qui propter sollertiam temporibus Homeri clarissimi erant; *πολύ-δακρυς*, *πολυ-κέρδης* (confer *κέρδεα* i. e. consilia lucrosa, *εἰδέναι*; *πολυ-κτῆμων* (*κτῆμα*) id. *πολυ-πάμων* (*πάμα* = *κτῆμα*, der. a *πέπα-μαι*), et permulta alia cum adj. *πολυ* copulata. *Κλυτο-τέχνης* qui claram artem habet, de Hephaesto dictum; *κλυτό-τοξος* qui clarum arcum habet, de Apolline d.; *ἀγκυλό-τοξος*; *ἀγκυλο-μήτης* curva i. e. dolosa consilia habens; id. *ποικιλο-μήτης*; *ἀμετρο-Ἐεπής*, *ἀκριτό-μυθος*, *ἀκριτό-φυλλος*, *βαρβαρό-φωνος*, *βαθύ-ζωνος*, *βαθύ-λειμος*, *βαθυ-λήϊος*, *θρασύ-κάρδιος*, *ταχύ-πωλος*, *χαλκεο-θώρηξ*, *χαλκεό-φωνος*, *Ἰσό-θεος* deum aequum habens, *αἰολό-πωλος*, *αἰολο-θώρηξ*, *αἰολο-μίτρης*, *ἄμαρτο-Ἐεπής* inepta verba habens; huic composito adjectivum quoddam *ἄμαρτο* inesse videtur, a quo *ἄμαρτία* derivatum est; opp. *ἄφ-αμαρτοἘεπής* cui inepta verba procul (*ἀπό*) sunt; *κακο-Ἐίμων*, *κακο-μήχανος*, *κακο-τέχνης*, *ταναύ-πους* pro *ταναυό-πους*, *τανύ-γλωσσος*, *τανυ-πέτρυξ*, *ὀλβιο-δαίμων* qui bonum genium habet, *βλοσυρο-ῶπις* cui terribilis vultus est, *γλοκύ-θυμος*, *ἔπιο-χαίτης*, *κρατερο-ῶνυξ*, *κραται-γύαιος*, *κραταί-πεδος* (pro *κραταίο-πεδος*) οὐδας, limen cui firmum seu durum est solum; *ὄβριμο-πάτρη*, *πολιο-κρόταφος*, *μελανό-χροος* od. XIX., 246, *μελανό-χρως*, *κύαμοι* il. XIII., 589, *μελαγ-χροίης*; *ὀμό-τιμος* cui idem honor est, *ὀμ-άννυμος*, *ἄ-νιπτό-πους*, *ἄ-μιτρο-χίτων*, *οἰῶ-χίτων* qui tunicam solum sibi induit, od. XIV., 489, *ἄλλο-Ἐειδής*, *χαλί-φρον* inconsultus (de hac voce vide infra), *κακό-ξεινος*, *ἔτερο-ήμερος* qui semper alterum diem habet, attribuitur Castori et Polluci od. XI., 303; *στειν-ωπός* (*ὀπή*) angustum os habens, *ὀδός* = angustiae; *ὀ στ.* = fretum. Participium quoddam seu nomen verbale in his compositis exstare videtur: *ταλά-φρων*, id. *ταλασί-φρων* cui animus perpetiens est; *ἄἘεσί-φρων*, cujus pars prior aut derivatur a verbo *ἄἘημι* flare, deinde explicandum est: „cui ventosus i. e. inconstans, animus est“ — aut a verbo *ἄἘάω* occaecare; deinde explicandum est: „animum habens, qui habentem occaecat.“

Plura composita etiam numerale quoddam priore loco exhibent: *δἘπ-πυρος*, *δἘλ-ζυξ* (*ζυγόν*), *τρί-γληνος*, *τετρά-κνυλος*, *ἕξ-έτης*, *ἑπτα-βόἘειος* (*βοἘείη*), *ὀκτά-κνημος*, *ἐννεά-πηγης*, *πρωθ-ήβης* et *πρωθ-ήβος*, cujus fem. *πρωθ-ήβη* od. I., 431 exstat.

2) Prior pars compositi est substantivum, cui notio certi cujusdam casus subjienda est.

a) In his compositis prior pars vice nominis praedicativi fungitur: *ξεί-δαρος* pro *ξείά-δαρος* cujus donum frumentum est, *ἄρορα*; *λεγε-ποίης* pro *λεγεσ-ποίης*, cui pratum lectus est, attribuitur Asopo et quibusdam oppidis; *Ἐειρο-πόκος*, de ovibus dictum od. IX., 443, cui vellus (*πόκος* a rad. *πεκ*, cfr. Curt. I., 138)

pro tegumento est; nam *Φείρος* est lana, quod tegit; derivandum est a rad. var tegere, Curt. I., 310, *πυρι-ήκης* (* τὸ ἄκος) acumen igneum habens, *δολο-μήτης*, *δολό-μητις* consilia dolosa habens. — Comparatio quaedam inest his compositis; *κυν-ώπης*, fem. *κυν-ώπις* qui oculos ut canis habet; *βοF-ώπις*, *μελί-γηρως*, *Φόψ*, od. XII., 187 de voce Sirenum quae propter dulcedinem melli comparatur; *μελί-φρων* proprie „mentem, quae quasi mel est, habens“, deinde „dulcedinem mellis habens“, de vino, somno, tritico, pane; *θεο-Φειδής* cui est species dei; *ἠερο-Φειδής* speciem aëris habens; *Φιο-δνεφής* (* τὶ δνέφος) atrum colorem ut viola habens, *Φιο-Φειδής*, de caeruleo colore maris; *μυλο-Φειδής*, *μυλο-πάρηος*, *φοινικο-πάρηος*, *κροκό-πεπλος*, *κνανό-πρηρος*, *κνανο-πρηφέ-ιος*, *κνανο-χαίτης*, — *χαίτα*, *κναν-ώπις*, *Ἀμφιπρίτη*, od. XII., 61; *κύκλ-ωψ* oculum circulo similem habens, *ἄΦελλόπος* pedes habens, qui propter celeritatem procellae comparandi sunt; *ἀργυρό-πέξα* pro *ἀργυρό-πέδ-ια*, *ἀργυρο-δίτης*, *χαλκό-πους*, *ροδο-δάκτυλος*.

b) Priori parti notio Genitivi subjicienda est: *ἀργυρό-τοξος* arcum argenteum habens, *ἀργυρό-Φηλος*, *χαλκο-βαρής* aeris grave pondus habens, *Φοινο-βαρής* et *Φοινοβαρείων*, *χαλκο-βατής* (* τὸ βάτος), *χαλκο-γλάχιον*, *χρυσ-όρος*, *χρυσ-άμπυξ*, *χρυσό-θρονος*, *χρυσό-ρηπις*, *λινο-θάρηξ*, *κνανό-πέξα*, *ποδ-άρκης* (* τὸ ἄρκος, a quo *ἀρκέω* der.) vim pedum habens, *ποδ-άκης* celeritatem pedum habens, *δαFι-φρων* belli experientiam habens, *θεουδής* pro *θεο-δFεής* (τὸ δFέος), *μεληθής* dulcedinem mellis habens, *ἰπό-κομος* juba equi ornatus, id. *ἵππο-δάσεια*, *ἵππ-ουρις*, *θυμ-αλής*, *Φοινο-πληθής*, *ἄλι-πόρηρος* purpure marino tinctus.

c) Prior pars compositi aut locativus est aut ei notio locativi subjicienda est: *χαμαι-εῦνης* (*χαμαι* est idem, quod lat. humi, Curt. I., 197) id. *χαμαι-ευνάς*, *ἀκρό-κομος* comam in vertice habens, de Thracibus il. IV., 533; *ἄγρ-αυλος* aulam in agro habens, *σκοτο-μήν-ιος*; etiam *πηγεσί-μαλλος* compositum huc pertineret, si fieri posset, ut priorem compositi partem a substantivo * τὸ πῆγος, quod etiam in composito *εὐ-πηγής* exstare videtur, derivaremus et explicaremus: „lanam in densitate habens“; sed me non fugit, etiam hac explicatione non omnes difficultates summoveari.

d) Dativi notio in his reperitur: *ἐτερ-αλής* (* τὸ ἄλκος = ἄλκη) vim alteri (sc. exercitui) praebens, conjunctum cum voce *νίκη* pluribus locis, cum voce *δῆμος* il. XV., est manus, cujus auxilio victoria paritur; *θυμ-ηδής*.

e) Priori parti inest vis substantivi a praepositione quadam dependentis; *ἀνεμο-σκεπής* quod praesidium contra ventum praebet, *χλαῖνα* il. XVI., 224: *οὐρανο-μηκής* altitudinem usque ad coelum habens, *ἐλάτη* od. V., 239; *ἠερό-φωνος* vix a nomine *ἠήρ* segregari poterit, quamvis nonnulli docti viri sint conati. Explicandum est: „vocem habens, quae per aërem longe sonat“, attribuitur praeconibus.

3) Prior pars compositi est indeclinabile quoddam;

a) *ἀν* priv., quod ante consonas *ἀ* sonat: *ἀν-έFεδνος* cui munera nuptialia (quae a sponso patri puellae dabantur) non sunt, de sponsa il. IX., 288, 146; sed *ἔFεδνα* etiam „dotem“ significat, quae a patre puellae datur; cum hac vi compositum *ἀνέFεδνος* exstat il. XIII., 366; *ἀν-άμων* cui sanguis non est, de dis il. V., 342; *ἀν-αυδής*, *ἀν-ακίς*, *ἀν-άποιος*, *ἀ-πέριτ-ος* (od. IX., 195), *ἀ-πειφέ-ιος*, *ἀ-πέριον*, *ἄ-φρων*, *ἄ-τρομος*, *ἀ-πέλεθρος* quod *πέλεθρον*, i. e. modum non habet, immensus, *ἀ-κλεFής*, *ἀ-δFεής* et *ἀ-δFειής* (*δFεῖος* pro *δFεῖος* a rad. *δFις*, sanscrita dvish, dvēshas = *δFεῖος*), *ἀ-σκηθής* (* τὸ σκῆθος = germ. scatho, Schaden), *ἄ-σπερμος* (*σπέρμα*), *ἄμ-μορος*, *ἰτε-rumque comp.* *δυς-άμμορος*, *ἀ-κηδής* curam non habens, *ἀπευθής* (*πευθῶ* apud Aeschilum), *ἀ-Φελπής*

(* τὸ *Ἰέλιος*), *ἀ-μενηνός* suffixo *ηνο* derivatum a voc. *μένος*, ut *πετεηνός* pro *πετες-ηνός*; *ἄπτερος*, *ἄ-κινος*, *ἄφουτος* (* *Φούτη*, a quo derivatur *Φουτιάω*), *ἄ-χολος*, *φάρμακον* od. IV., 221 quod iracundiam lenit. — Eadem vis, quae *ἀν* priv., affixo *νη* vel *νω* inest: *νη-κερδής*, *ν-ηλεής*, *ν-ήνεμος*, *νη-πενθής* cfr. *ἄχολος*; *ν-ωλεμής*, exstat neutr. sg. *νωλεμές* et adverbium *νωλεμέως* (* τὸ *ὄλεμος*, quod recte a L. Meyero collocatum est cum gothico *rimis*).

b) *ἀ* intensivum, quod primitus sa sonavit (cfr. *ἀ-πλοFής* et sa-ma = *ὀ-μός*), etiam in forma *ὀ* exstat. Plerumque vim latini pron. „idem“ habet: *ἄ-λοχος* eundem lectum habens, *ἀ-κοίτης*, fem. *ἄ-κοιτις*, *ἀ-τάλαντος*, *ἀ-δελφε-ίος* et *ἀδελφεός*, *ὄ-θριξ*, *ὄ-Fέτης*, *ὄ-πατρος*; etiam vis praepositionis „σύν“ „cum“ ei inesse videtur: *ὄ-βριμος* (*βρίμη*) robur secum habens, aut denique usurpatur ad augendam et extollendam notionem posterioris compositi partis: *ἄ-ποτμος*, *ἄ-ξυλος*, *ἄ-βρομος* = vehementem strepitum faciens.

c) *εὐ*, *ἤϋ*, *εὐ* : *εὐ-ανθής*, *εὐ-θριξ*, *ἤϋ-γένειος*, *εὐ-κλεFής*, *εὐ-κλήFης*, *θύρη*, *εὐ-λείμων*, *εὐ-μμελίας*, *εὐ-ορμος*, *εὐ-πατέρεια*, *εὐτειχής* (acc. sg. *εὐτειχέα* il. XVI., 57), id. *εὐτείχεος*, *εὐ-φρον* laetum animum habens; etiam de vino il. III., 246; *εὐ-ῶπις*, *κούρη*, *εὐ-χροής*.

d) *δυσ* = male : *δύς-ζήλος* malam iracundiam habens, *δυσ-κλεFής* malam famam habens; pro *δυσκλέα* (acc. sg.) „*Ἄργος ἰκέσθαι* melius legitur; *δυσκλεFέ*“ „*Ἄργος* cet.; *δυσ-θαλής* malum calorem, i. e. parum caloris habens, frigidus, *χειμών*; *δυσ-κέλαδος*, *δυσ-κηδής* miseram curam afferens, *νύξ* od. V., 466; *δύς-μορος*, *δύς-πονής* (* τὸ *πόνος* = *ὀ πόνος*), *δυσ-ηλεγής* (* τὸ *ἄλεγος* ab *ἀλέγω*, *ἀλεγιζω*).

e) *ἄρα* = admodum: *ἄρα-κλεFής*, *ἄρά-νυφος* (*νίφος* pro *σίφος* = goth. *snaivs*).

f) *ἐρι* = valde: *ἐρι-βῶλαξ* et *ἐρι-βωλος*, *ἐρι-αύχη*, *ἐρι-γδουπος* et *ἐριδουπος*, *ἐρι-κυδής*, *ἐρι-σθενής*.

g) *ὑψι* : *ὑψι-ζυγος*, *ζυγόν*; falso Seiler: Der hoch auf der Ruderbank sitzt, nam attribuitur Jovi; *ζυγόν* etiam significat „primum locum“, „summam dignitatem“, cfr. Aesch. Ag. 1618: *εἰς τὸ πρῶτον πόλεως ὀρηθηδεις ζυγόν*. Igitur compositum nostrum explicabimus: „cui summa dignitas est.“ *ὑψι-κάρηρος*, *δρυές*; *ὑψι-κομος*, *ὑψι-πέτηλος*, *ὑψι-πυλος*, *ὑψ-όροφος* altum tectum habens, *ὑψαρόρης* superbe loquens.

h) *ζα*; *ζά-κοτος* vehementem iram habens.

i) *ἄρτι*: *ἄρτι-πος* pedes pernices habens, *ἄρτι-φρον* callidum ingenium habens, *ἄρτι-Fεπής*.

k) *ἄργι*: *ἄργι-θεος* deos prope habens, *ἄργι-βαθής* (τὸ *βάθος*), *ἄργι-αλος* de oppidis in litore sitis; *ἄργι-νοFος* cui animus praesens est.

l) *τῆλε* : *τῆλε-πυλος* portas, sc. aliam ab alia procul habens.

m) *ἀμφί* : *ἀμφί-αλος* mare utrumque habens, *Ἰθάκη*; *ἀμφί-γνος* ab utraque parte (cuspide) aciem curvatam habens, mit ausgeschweifter Spitze. Alii interpretantur: „in utroque fine membra (*γνῖα*) i. e. cuspides habens; at quis cuspidem hastae membrum ejus nominabit? *Ἀμφί-κομος* undique fronde ornatus; *ἀμφί-φαλος* utrumque scutulum habens; *ἀμφι-φορεύς*, cfr. *ἄμφωτος*.

n) *περί* = valde: *περι-καλλής*, *περι-γλαγής*, *περί-μετρος*, *περι-μήκης* et *περιμήκετος*, *περι-πενκής* (* τὸ *πενκος* = dolor, cfr. *ἔχε-πενκής*; a voc. *πενκος* eadem ratione, qua *μηκεδανός* a *μήκος*, *πενκεδανός* derivatur.) = vehementem dolorem efficiens, *βέλος* il. XI. 845; *περι-πληθής*, *Ἰορτηνίη*; *περί-φρων*.

o) Praepositio quaedam in his compositis exstat: *πρό-φρων* propitius, benevolus, fem. *πρό-φρασσα* pro *πρό-φρατ-ια*; *πρό-κροσσος* (*αἰ κρόσσαι*) in fronte (*πρό*) pinnae (*κρόσσαις*) habens, il. XIV., 35: *προ-κρόσσαις Ἐρυσαν νῆας* = ita naves in terram traxerunt, ut earum puppes altae quasi pinnae ad-

versus hostem essent; *πρό-ρριζος* cui radix extra terram est, evulsus simul cum radice; similem notionem habere videtur *προ-θέλυμος*, il. IX., 541: *προθέλυμα χαμαὶ βάλε δένδρα*, il. X., 15: *προθέλυμους ἔλκετο χαίτας*; il. XIII., 130 infra explicare conabor; *ὑπερ-μενής* cui vis prae ceteris est; *ὑπέρ-βιος*, *ὑπέρ-θυμος*; fortasse etiam *ὑπερ-κύδας* il. IV., 66, 71 his adscribendum est = gloriam (*κύδος*) prae ceteris habens; *παρα-κοίτης*, fem. *παρα-κοίτις*; *προς-κηδής* curam erga aliquem habens; *ὑπό-Γρηγος* cui agnus subest, *ἄΓης*; *ἀπ-ηλεργής* (*τὸ ἄλεργος) curam procul (*ἀπό*) habens; exstat adverbium il. IX., 309, od. I., 373; *ἀπηλεργώς*.

ἐν-οργος testes in se habens, *μῆλα* = quibus testes nondum sunt exsectae; *ἐν-αργής*; exstat adj. *στεινός* et subst. *τὸ στεινός*; ita conjeci ab adj. *ἀργός* = lucidus subst. *τὸ ἄργος = splendor (cfr. Benfeyus W. L. s. h. v.); *ἐναργής* igitur valet: splendorem in se habens; *ἐμ-μορος* particeps, *ἐφ-υδρος* humorem secum ferens, de Zephyro od. XIV., 458; *ἐπί-φρων*, *κάμ-μορος* pro *κατάμορος* = ὅς μόνον (miseriam) καθ' ἑαυτὸν ἔχει.

Jam sequuntur [ca composita, quae a grammaticis indicis „avyayibhava“, composita adverbialia dicuntur. Etiam in his, ut in compositis relativis, cum notionem eorum pluribus verbis circumscribimus, enunciationem quandam conjunctionalem reperiemus, nec ulla componendi ratione major breviloquentia efficitur quam hac. Il. XV., 352 legimus: *μάστιγι καταμαδὸν ἤλασεν ἵππους*. Cum totam vim horum verborum perspicue explanare volumus, vertendum est: „stimulavit equos eo modo, ut flagellum ab humero vibraret“, „dass er mit der Geißel von der Schulter aus ausholte.“ Conferendum est adj. *κατωμάδιος*, quod jam supra attuli. Il. II., 668 haec verba exstant: *τριχθὰ δὲ Φόκηθεν καταφυλαδὸν* = (Rhodum sibi sedem deligebant) ita ut *κατὰ φύλα*, in tribus divisi habitarent. Od. * VIII., 33 legimus: *οἱ μὲν* (Ulixes et Irus) *παν-θυμαδὸν ὀκροῖοντο* = hi rixati sunt ita, ut omnino ira exardescerent. *Ονομα-κλήδην* exstat od. IV., 278: *ἐκ δ' ὀνομακλήδην Δαναῶν ὀνόμαζες ἀρίστους* = Danaorum optimos nominasti, singulorum nomina extollens; *ἐξονομακλήδην* invenitur od. XII., 250: *ἐμὲ δὲ φθέγγοντο καλεῦντες ἐξονομακλήδην* = me implorabant, dum meum nomen exclamabant. Sed jam satis dictum erit de explicatione horum; accedamus ad originem nomen exclamabant. Vix dubitari poterit, quin illa in *δόν*, *δά* et *δην* exeuntia composita, sicut omnia adverbialia, primitus vim certī cujusdam casus habuerint. Ea in *δόν* desinentia acc. sg., in *δά* acc. pl. nominum neutr. gen. in *δον* desinentium esse videntur; quae suffixo *δην* formata sunt, procul dubio a nominibus in *δη*, proprie *δην* originem duxerunt. Suffixum *δο*, ut L. Meyer dilucide exposuit in annalibus, quos A. Kuhnius edit, VI., 296, primitus *τφο* sonabat, sanscrite *tva*. Vi litterae *F τ* debilitatum est ad *δ*, deinde *F* ejectum est. Suffixum *δη* proprie sonabat *τηη*, sancrite *tyā*, simili vi litterae *j τ* debilitatum est, ut suffixum jam *δην* sonaret, quod exstat in comp. *ἀμφαδίην* et *ἀντο-σχεδίην*; amisso *ι* ad *δη* redactum est. Plerumque haec suffixa *δό*, *δά*, *δην* cum thematis verbalibus copulantur; prior pars compositi praepositio esse solet: *ἐμ-βαδόν*, *ἔξεσθαι ἐς πατρίδα γαῖαν*; *ἀποσ-τα-δόν-δά*, *περι-στα-δόν*, *παρα-στα-δόν*, *ἐπι-στα-δόν*, *δια-κρι-δόν*, *παρα-κλι-δόν*, *ἐξαναφαν-δόν*, *Φερέω* (*φαίνω* pro *φάν-νω*), *ἀμ-φα-δόν*, — *δά* (opp. *λάθη* et *δόλω*) *ἀντο-σχε-δόν*, — *δά* (*σχε*, *σεχ*, *έχ*, *έχ*), cfr. *ἀντοσχε-δίην*, *ὑπο-βλή-δην*, *παρα-βλή-δην*, *προ-τροπά-δην* (*φοβέοντο*), *μεταδρομά-δην*, *ἐπι-τροχά-δην*, *ἐπι-στροφά-δην*, *ἐμ-πλήγ-δην* (*πλήσσω*), *ἐπι-γράφ-δην* (*γράφω*), *πῆχυν βάλε*; *ἐπι-λίγ-δην*, *ἄκρον ἄμον βλήτο*; *ἀμ-βολά-δην*, *ἀμ-βλή-δην*.

Alia, quae posteriore loco substantivum quoddam exhibent, proprie locativi esse videntur: *ἀ-θει-ί*, *οὐκ ἀθειέ ἵκει*, od. XIII., 353; suffixum locativi primitus *ι* erat, quod in nonnullis compositis hujus generis productum est, ita in *ἀν-ιδρωτ-ι* il. XV., 228, et *ἀν-αιμωτ-ι*; stirpes in o

desinentes o in ε immutant, ut etiam in Voc. sg.; deinde pro ε-ι etiam ι exhibent, quod haud raro corripitur: μετα-στοιχί, στάν, τρι-στοιχί, έντεια κέλιτο τ., ά-μογητί, ά-σπουδί; notanda est vetus lectio ά-σπουδε-ί, quae fortasse melius restituetur; άν-οντητί, άν-ωριστί, ά-Γέκητι (άΓέκιον a rad. vas = velle). — έμπλην, il. II., 526, ex έμ-πόλην exortum esse videtur; verbum, a quo nomen * πόλη originem duxit, πέλ-ομαι = versari esse videtur; πρόχην pro πρόχον, άντι-βήην et άντι-κρός (κρός pro κρητ, κρητ, καραΓατ, vide Benfeyus W. L. II., 285) ex compositis, quae dicuntur bahuvrihi, profecta esse videntur. In pristinis editionibus adverbium quoddam exstabat, κατάντηστω, od. XX., 387, quod novi editores recte disjungunt et scribunt κατ' άντηστω; sed nondum, quomodo nomen άντηστω recte sit derivandum, repertum esse videtur; liceat mihi igitur, hoc loco pauca de ista voce adicere. Cum nomen άντηστω divisimus, haecce membra reperiemus: suffixum τι, praepositionem άντι et radicem verbalem ής, quam eandem esse atque sanscritam ás = sedere pro explorato habeo. Nam ήμαι ex ήσμαι profectum et idem esse atque áse pro ás-mê, ήσ-ται = ás-te jamdiu inter doctos constat. Quomodo spiritus asper originem duxisse videatur nunc omitto; satis est scire, eum primitivae radici non infuisse. Itaque explicabimus:

Η δέ κατ' άντηστω θεμενή περικαλλέα δίφρον, Penelope autem sedile ponens eo consilio, ut exadversus (sc. procos) sederet, indem Penelope einen Sessel hinstellte zum Zwecke des Gegenübersitzens (κατ' άντηστω).

Alia composita adverbialia, quia explicationi eorum usque adhuc nimium difficultatis obstat, praetermitto et jam ad illa accedo, quibus nomen quoddam verbale inest, quod componendi causa formatur et usurpatur nec separatim exstare solet. Haec enim eadem de causa, quod eorum notio enunciatione tota circumscribenda et explicanda est, perfecto illi generi compositorum adscribenda esse censeo. Praedicatum enunciationis hujusmodi id verbum est, a quo nomen verbale est derivatum; plerumque ei notio praesentis subjicienda est ita, ut actionem quandam significet, quae fieri solet: όνειρο-πόλος est is, qui somnia interpretatur sive interpretari solet, άνδρο-φόνος qui viros interficere solet, βωτι-άνειρα quae viros bonos nutrit; nonnulla autem haud dubie notionem perfecti exhibent et actionem significant, quae aliquando perpetrata est: όυς-αριστο-τόκεια = ή τόν άριστον υόν τέτοκεν επί κακῶ = quae optimum filium peperit ad exitium, πατροφόνος est is, qui patrem interfecit, ταλαπειριος, qui jam multa pericula perpessus est. — Primum disseram de iis, quae nomen verbale posteriore loco exhibent et variis suffixis formantur. Permultae stirpes monosyllabae, quae suffixum o usurpant, ε vel α vocales immutant in o: έππο-πόλος a rad. πελ, έλαφη-βόλος a rad. βαλ; plerumque ea syllaba, cui radix inest, accentu prae ceteris effertur. Pauca, suffixo o abjecto in stirpes in consonas desinentes abierunt. Plurimis horum inest vis nominis agentis, quod dicitur, modo paucis, quae accentum in antepaenultimam remouent, vis passiva. Permulta alia suffixo τη-ς utuntur, nonnulla suffixo τερ, Nom. τηρ, fem. τειρα pro τερ/α, et τωρ, Nom. τωρ, quibus aequae vis nom. ag. inest. Sunt etiam, quae suffixum ες, Nom. ης, ες, exhibeant, quorum alia passive, alia active explicanda sunt. Denique longe plurima suffixo το-ς formata sunt, quibus, paucis exceptis, inest vis passiva. Sequuntur nonnulla exempla horum compositorum: έθλο-φόρος qui certaminis praemia aufert, ίσο-φόρος, βόFες, qui aequa ferunt, έπες-βόλος qui verba jactat, φασσο-φόνος, ΐρηξ, (φεν, έπεφρον pro έπε-φεν-ον), δικας-πόλος (πέλεσθαι = versari), αλ-έππο-θαλαμη-πόλος, κορυθ-αίολος (αόλλω pro αόλ-ω) qui cassidem vehementer quatit, helmschüttelnd; θεο-πρόπος (προσ = proc, lat. prec-es, prec-ari) qui deos interrogat; ποντο-πόρος (πειρω pro πέρ-ω, περ = sanscritum car. ire) qui per mare currit; θυμο-

φθόρος, *Φοινο-γόφος* (χέFω), *πολι-πορθος* et suffixo *ιο*: *πολιπόρθιος*, *Λατο-φάρος* *Φειρο-κόμος* (*κομ-έω*), *ύλο-τόμος*, *Φρινο-τόρος* (*τερ* = *tar*), *κεραφο-ξός* (*ξέω* pro *ξέσω*), *λο-δόκος* (*δέκ-ομαι*), *θυμο-βόρος* (*βορ*, *βι-βρώ-σκω* = sanscritum *gar*, lat. *vor-are*), *Λαφο-σόφος* (*σέω* pro *σέFω*, *σς* pro *ς*); primitus radix „*skyu*“ sonabat, sanscr. *cyu* = *cière*) *θυο-σκόφος* (*κοF-έω* pro *σκοF-έω*, lat. *caveo*, goth. *skavjan*) = *οί* *διά* *τῶν* *ἐπιθυμωμένων* *μαντευόμενοι*; *γαή-οχος*, *αίγλ-οχος*, *ἰππό-δαμος* (*δαμ-άω*, *domo*, goth. *tamjan*, germ. *zēmen*) *θυρα-φωρός*, *πυλα-φωρός* (*φόρ-ομαι* = *φυλάσσω*, *οὔρος* pro *φόρος*, sicut *εὔκηλος* pro *ἔκηλος*, *οὐρανός* pro *φορανος* = sanscr. *varuna*, *ἐπίουρος*), *πάν-αγρος* (*ἀγρέω*), *συφορβός* (*φέρβω*), *ἀρματο-πηγός* (*πήγ-νυμι*), *ὄχετ-ηγός* (*ἄγω*), *κορυθ-ἄφικ*, Nom. — *ιξ* pro *κορυθάφικος* (*ἄφισσω* pro *ἄφικῶ*), qui *cassidem* quatit, „*Αρης*“, *τριχ-ἄφιξ* od. XIX., 177 „qui *cristam* (*cassidis*) quatit“ aut „*cui* *coma* *longe* *fluitat*“ = mit lang flatterndem Haar. Nonnulla in substantiva abiierunt: *τὸ* *χέρο-νιβον* (*νιβ*, *νιγ*, *νίπτω*, *νίξω*), ἢ *χέρνιψ*, *βου-πλήξ* (*πλήσσω* pro *πλήγ-ω*).

Compositum unum suffixo *α* utitur: *παρθεν-οπία-α*, il. XI., 385 (*ὀπιπεύ-ω*) qui *virgines* nimis *avide* *inspectat*. *Ἴππο-κέλευθος* usque adhuc explicatur: „qui *viam* (*κέλευθος*) in *equis* *facit*“ et *Patroclo* *attribuitur*. Alii, qui hanc *explicationem* *parum* *aptam* *esse* *intellexerunt*, *interpretantur*: *ὃς* *ἵππους* *κελεύει*, quod quidem non omnino *laudari* *potest*, *etsi* *ad* *propriam* *compositi* *vim* *et* *notionem* *jam* *proxime* *accedit*; *quomodo* *enim* *nom.* *verb.* *κέλευθος* *a* *verbo* *κελεύω* *derivandum* *sit*, *hac* *explicatione* *in* *dubio* *est*. Igitur *alia* *via* *atque* *ratio* *interpretandi* *instituenda* *est*. Exstat *radix* *quaedam* *κελ* *et* *alia* *ἐλ*, *quarum* *haec* *amplificatur* *hoc* *modo*: *ἐλ* — *ἐλνθ* (*ἤλνθ-ον*, *ἐλ-ἤλνθ-α*) *et* *ἐλευθ* (*ἐλεύσομαι* pro *ἐλεύθομαι*); *si* *eandem* *augendi* *et* *amplificandi* *rationem* *in* *radice* *κελ* *sequimur*, *hasce* *formas* *reperiemus*: *κελ* — * *κελνθ-κελευθ*, *a* *quo* *κέλευθος* *derivandum* *esse* *censeo*. *Ἴπποκέλευθος* *est* *igitur* *is*, „*qui* *equos* *agitat*“ *i. e.* *qui* *equos* *agitandi* *peritissimus* *est* = *rossetumelnd*; *conferenda* *sunt*, *ἱππηλάτης*, Nom. *ἱππηλάτα* *et* *ἱππόδαμος*; *μητι-έτης* (*ἐ* *in* *ἴημι*) *qui* *consilia* *mittit*; *πυλ-ἀρ-της* (*ἀρ-αρ-ίσκω*), *ἀργει-ἀνδροι-φόντης*; *θυμο-ραφίστης* *et* *κυννο-ραίστης* *vix* *secerni* *poterunt* *a* *verbo* *φαίω*, quod *Benfeyus* (*W. L. II.*, 9) *a* *radice* *quadam* *rish* *profectum* *esse* *censet*; *sed* *forma* *φαίστης* *comprobatur*, *in* *medio* *consonam* *aliquam* *esse* *ejectam*, *veri* *simillimum* *est* *F*, *ut* *φαίω* *exortum* *sit* *e* *φαFω*, *sicut* *παίω* *ex* *παFω*, *lat.* *pavire*. *Radice* *illius* *φαίω* *esse* „*ru*“ *et* *valere* „*incidere*“, „*conterere*“ *vix* *in* *dubium* *vocari* *poterit*; *κυννοραίστης* *est* *igitur* *bestiola*, *quae* *corrodit* *cutem* *canis*, *et* *θυμοραφίστης*, quod *attribuitur* *et* *morti* *et* *hostibus*, *valet*: „*qui* *animum* *vel* *vitam* *conterit* *et* *exstinguit*.“ — *Νεφελ-ηγερέτης*, *στεροπ-ηγερέτης* (*ἀγείρω*), *κυν-ηγέτης*, *Φαστυ-βοάτης*, *κῆρυξ*, *αἰθρη-γενέτης*, *id.* *αἰθρη-γενής*, *quae* *Boreae* *attribuuntur* = „*qui* *aëris* *serenitatem* *efficit*“, „*ὃς* *αἰθρην* *ποιεῖ*“; *falso* *explicatur*: „*qui* *in* *aethere* *natus* *est*“; *nam* *αἰθρη* *nullo* *pacto* *a* *voce* *αἰθήρ*, *έρος* *derivari* *potest*. *Feminina* *horum* *in* *της* *exeuntium* *nominum* *suffixo* *τιδ*, Nom. *τις* *formantur*, *ita* *ἡερο-φοίτις*, *a* *masc.* *ἡερο-φοίτης*, quod *apud* *Orpheum* *exstat*, *et* *δας-πλήτις*, „*faces* *manibus* *vibrans*“, quod *Furiis* *attribuitur*. *Plura* *de* *hac* *voce* *infra* *afferam*. *Ἀμαλλο-δε-τήρ*, *Φοινο-πο-τήρ*; *feminina* *horum* *in* *τερ* *desinentium* *nominum* *suffixo* *ια* *formantur*: *Ληϊ-βότεια* *pro* *ληϊ-βότερ-ια*, *σῦς* od. XVIII., 29, *παν-δαμά-τωρ*, *ἵππος*. *Etiam* *λο-χέφαιρα* *pro* *λο-χέφαρ-ια* = *quae* *sagittas* *fundit* (*χέFω*) *huc* *pertinet*; *ὀδυνή-φα-τος* (*φα*, *φεν*), *φάρμακα*, *ἔλκα*, quod *dolores* *lenit*: *θυμο-δακής* quod *animum* *mordet*, *μῦθος* od. VIII., 185.

Jam *accedamus* *ad* *ea* *composita*, *quae* *nomen* *verbale* *priore* *loco* *exhibent*. *Perspecta* *dissertatione* *doctissimi* *Wilhelmi* *Clemmii*, *in* *qua* *hujusmodi* *composita* *quam* *potuit* *diligentissime* *colligere*, *in* *certa* *genera* *distinguere* *et* *explicare* *conatus* *est*, *minime* *persuasum* *habeo*, *ejus* *originem* *esse* *rectam*, *sed* *potius* *in* *sententia* *L. Meyeri* *permaneo*, *quem* *hac* *in* *re* *etiam*

postea Roedigerus est secutus. Quae huic doctissimo viro de originatione illorum compositorum placuerunt, haec sunt: Permulta vocabula et graecae et latinae linguae *τι* suffixum exhibent, quorum longe plerisque vis nominis abstracti inest: *λύ-σις*, *τί-σις*, *κτῆσις*, *νεμε-σις*, *πρῆξις* pro *πρῆξι-τις* cet., lat. classis, pes-tis, mors pro mor-tis cet. Sed paucis graecae, pluribus latinae linguae exemplis comprobatur, istud suffixum primitus etiam ad formanda adjectiva vel nomina ag. esse usurpatum: *νήσις* pro *νήδ-τις* (ἔδ) proprie „qui non edit“, *μάν-τις*, *πό-σις* = sanscr. pa-tis, *μάρπ-τις* = latro, quod apud Aeschylum invenitur; lat. for-tis, tris-tis, mi-tis cet. Praecipue autem hoc suffixum in compositione a Graecis usurpabatur, et dum in lingua sanscrita non plura duobus hujusmodi formationis exempla reperiuntur (*ran-ti-déva* et *dâti-vâra*), in graeca lingua tam numerosa exstant, ut credere liceat, hanc componendi rationem antiquissimis graecae linguae temporibus usitatissimam fuisse. Plerumque *τ* suffixi jam immutatum est in *σ*. Apud Homerum haec exempla reperies: *βω-τι-άνειρα*, *βα-σι-λεύς* = germ. „herzog“ a rad. *βα*, productum *βη*, quod exstat in comp. *βητ-άρμων* et jam recte in lexico Seileriano vertitur: „der Schritte nach dem Tacte macht.“ Est enim nomen quoddam coniectandum * *ἄρμα* sive *ἄρμα*, cui eadem vis inest ac nomini *ἄρμονία*, quod ab illo derivatum est. Jam supra vidimus, suffixum nominum in *ματ*, Nom. *μα*, exeuntium in compositione mutari in *μων*, Nom. *μων*, ita in *πολυ-κτῆμων*, *κακο-Φεμων* cet.; *ταμεί-χρως* (ἔ-ταμ-ον), *ἄΦερό-πους* (*ἄΦείρω* pro *ἄΦέρω*), *φν-σί-ζοος*, *ἔφν-σί-πολις*, *Φερσ-άρματες* (Nom. pl.), *ἔλπε-σί-πεπλος*, *ἄλεξι-κακος* pro *ἄλεκ-τί-κακος*, *ἄλεξι-άνεμος*, *φθι-σί-μβροτος* *φθι-σ-ήνωρ*, *τερψί-μβροτος*, *ἄλφε-σί-βοιος* (*ἄλφειν*), *λυ-σι-μελής*, *πλη-σ-ίστιος* (*πίμ-πλη-μι*), *πλήξι-ππος* (*πλήγ-γω*, *πλήσσω*), *Φρηξήνωρ* (*Φρήγ-νυμι*), *ὄλε-σί-καρπος* (*ὄλλ-λυμι*), *φαΦε-σί-μβροτος*, apud Pind. *φανσίμβροτος* (*φάΦω*, *φάΦεν* ἢ *Φός*); ab hac radice *φαΦ* est derivatum *φαΦάν-γω*, *φαίνω*), *τερπι-κέρανος*. Quomodo composita *ἔννοσι-γαιος* (Bekker: *ἔννοσι-γαιος*), *ἔννοσι-χθων*, quae Poseidoni attribuuntur, et *ἔννοσι-φυλλος*, quod de montibus silvis consitis dicitur nec ab illis segregari potest, explicanda sint, nescio; tradita sunt apud Hesychium *ἔννοσις* = *κλήσις* et *ἔννοσέμεν* = *ἐπιπλήττειν*. Dum meliora reperiuntur, acquiescendum est in illa Savelsbergii explicatione, qui radicem quandam *Φοθ* conjicit, sanscrite „vadh“ = pellere, tundere, et cum praepositione *ἐν* copulatum: *ἐν-Φοθ*, *ἔννοθ*, *ἔννοθ*. De *τανυσί-πτερος* composito nonnulla monenda sunt. Assentior Clemmio, qui id huc pertinere et derivandum esse a verbo *τανύω* = extendere censet; etiam Seiler explicat: Die Flügel ausbreitend.“ Mirandum est, quod interpretes tam diu censuerunt, hoc compositum idem valere atque *τανύπτερος* et *τανυπτερον*; nam praeterquam quod forma compositi haec explicatio prohibetur, etiam minoribus avibus attribuitur, quas „longis pennis praeditas“ appellare ineptum esset. Exstat enim his duobus locis, od. V., 65:

ὄρνιθες τανυσίπτεροι εὐνάζοντο

σικωπές τ' ὄρηκές τε τανύγλωσσοί τε κορώναι

et od. XXII., 468: ἢ κίχλαι τανυσίπτεροι.

Quisnam turdos „longis pennis ornatos“ diceret? At *τανύπτερος* et *τανυπτερον* ubivis apud Homerum avibus attribuuntur, quae merito ita vocari possint; il. XII., 237: *οἰωνοῖσι*; *οἰωνοί* autem sunt aves rapaces magnae, quae singulae volantes et raro conpectae a diis mittebantur, ut hominibus auspicio essent. Alter locus, quo exstat, est il. XIX., 350: ἢ δ' ἄρπη Φεινῶια τανυπτερονι ubi *ἄρπη* majorem avem significat, apud Aelianum: de anim. nat. II., 47 vulturem barbaturum. Etiam in hymnis Hom. *τανυπτερον* exstat et cum voce *οἰωνός* copulatur, apud alios poetas aquilae attribuitur. — *Φειλί-πους* pro *Φελ-σί-πους* ut *ἡγγεῖλα* pro *ἡγγεῖλα*, *λαθι-κηδής*, *μαζός* il. XXII., 83.

Alia composita priore loco participium quoddam activi exhibent, cujus suffixum „ant“ abjecto n, ut grammatici dicunt, debilitatum est. Quae componendi ratio in linguis sanscrita et bactriana saepissime usurpatur: bharad-vāja = vim afferens, frādat-gaētha = mundum adjuvans. Exemplum alia abunde Justius in opusculo suo p. 42 et 43 et p. 106 attulit. Composita hujusmodi nullo excepto apud Homerum etiam τ suffixi ejecerunt, permulta alia adeo detruncata sunt, ut credere possis, ea stirpem verbalem solam exhibere. Ἐχέ-θυμος pro ἐχέτ-θυμος „qui animum“ i. e. hoc loco „libidines suas coercet“, od. VIII., 320: καλή θυγάτηρ, ἀτὰρ οὐκ ἐχέθυμος; ἐχέ-πῶλος, ἐχέ-πενκῆς quod dolorem fert; ἐχέ-φρων, ἔλαε-χίτων, μενε-χάρμης, μενέ-χαρμος, μενε-πτόλεμος, μενε-δήριος, ἀγε-λείη, ἀρχέ-κακος de navibus, quibus Paris Helenam rapuit quaeque quasi initium erant belli perniciosissimi; ταλα-φεργός qui laborem suffere potest, attribuitur mulis; ταλα-πενθής, ταλά-φρονος qui scutum fert, μια-φόνος qui sanguine commaculat, ἀκερσε-κόμης, cujus explicatio adhuc dubia est.

Denique pauca loco priore nomen verbale suffixo ο formatum exhibent, quod posteriore loco compositorum saepissime usurpari jam supra vidimus. Dubitari posset, utrum φιλο, quod in nonnullis exstat, adjectivum sit an nomen verbale a radice φιλ, sanscr. pri, derivatum. Quae exstant exempla, utroque modo facile explicantur: φιλό-ηρετος et valere potest: „qui remos amat“ et: „cui remi grati sunt“; sed cum praeter φιλο etiam φυγο et ἤλιτο in compositis deprehendantur nec ullo pacto pro adjectivis haberi possint, etiam φιλο nomen verbale esse quam adjectivum magis mihi placebit. Inveniuntur apud Homerum praeter illud φιλόηρετος haec: φιλο-κτεάνος, φιλο-κέρτος, φιλό-ξενος, φιλο-παίρων (παῖρμα), φιλο-ψευδής, φυγο-πτόλεμος qui bellum vitat, ignavus, ἤλιτό-μηνος, (ἄλιτεῖν) qui (rectum) mensem non est assecutus, immaturus, il. XIX., 119.

b) Priori compositi parti subjicienda est vis instrumentalis: θυ-ώδης (ὄζω pro ὄδ-ζω) quod tus olet; κη-ώδης, πυγ-μάχος qui pugno certat; ἀκρο-πόρος (πέρω perfodere) quod acumine perfodit, ὄβελος; βρι-ήπνος qui vehementer clamat (βρίη, a quo βριά-ω), μοιρη-γενής, διφο-γενής — τρεφής, διφι-πετής per Jovem defluens, i. e. imbribus coelestibus nutritus, attribuitur pluribus fluviis; ἔφεικός-ορος (ἔρ) navis, quae viginti remis movetur; χαλκό-τυπος, ὄτει-λαί; χαλκ-ήρης (ἄρ-αρίσκω), κεντρ-ηνεκῆς stimulo instigatus, ἵπποι; ἀνεμο-τρεφής, κῆμα il. XV., 625; ἔργος il. XI., 256; sequuntur plura suffixo το formata, quibus inest vis passiva: ἱππό-αίγί-βου-βOTOS, θεό-δημος (δέμα), κοτυλ-ήφτος, ἀνδρό-ζμητος (κάμ-νω), ἱππ-ήλατος et suffixo ιο amplificatum ἱππηλάσιος, νῆσος, γαῖα, ὁδός; μυλή-φατος, ἄλφιτον, μελί-κρητον, τό, αἶμο-φόρντος.

c) Dativi: μένο-φεικῆς quod cupiditati congruit, i. e. largus; θυμ-αρός, Neutr. θυμῆρες vice adv. fungitur; ποδ-ηνεκῆς quod usque ad pedes pertinet; conferendum est δουρ-ηνεκῆς, quod cum vi adverbii exstat il. X., 357: ἀλλ' ὅτε δὴ ὄ' ἄπεσαν δουρηνεκές „cum tam longe abessent, quam hosta projici potest“, et δι-ηνεκῆς.

d) Locativi: ὄρες-κῶος (rad. κ, κῆμαι, κῶμη, goth. haims) qui in montibus habitat; χεμά-ροφος-ρονος il. XI., 493, χεμάροφος, de fluminibus montanis, quae aestate prope omnino exsiccantur, sed hieme multa aqua defluunt; ἤερο-φοῖτις, quae in tenebris ingreditur, ἱρινύς; ἄλι-αφής, ἄλι-πλοφος, (πλέτ-ω(μ) = sanscr. plavāmi, rad. plu) ὕδατο-τρεφής, αἰγριος, in aqua crescens ἄλιο-τρεφής, φῶκαι, Δυκη-γενής (*λύκη in ἄμφι-λύκη = lux) in luce natus, attr. Apollini. Locativus inest composito ὁδοι-πόρος, locativus cum praepositione ἐν comp. ἐμπυρι-βήτης, τρίπους. Ναύμαχος vice substantivi fungitur. — Μεσο-παγής usque ad mediam partem infixus.

2) Prior pars est adjectivum quoddam: καλλι-ροφος qui pulchre fluit, βαθύ-ροφος, ὠκύ-

ροφος, ὠκύ-αλος (ἄλ-λομαι), id. ὠκύ-πορος, πάν-αιθος, ἄλλο-θροφος (θροῦμαι pro θρέφομαι), ὠμο-φάρος, ὄβοιμο-αἰσυλο-κακο-φεργός (Φρέζω pro Φερέζω), οἰφο-πόλος proprie: „qui solus versatur“, χῶρος = locus desertus; ἄερο-πόλος (ἐν ἀεροπόλοις ὕρεσεν) quod altum est; πέλεσθαι = versari saepe apud Homerum pro εἶναι usurpatur; πρωτο-τόκος quae primum peperit; πρωτό-πλοφος, νηῦς. Suffixo o amisso: πολυ-αφικ, Nom. — ἀφιξ qui vehementer concitat, πόλεμος, κάματος. — Φιλο-μμευδής (rad. smi), κακο-φραδής (φράζω pro φράδω), εὐρυ-φυής, ὠκυ-πέτης, ἀερο-αφής, νεο-θηλής (θάλλω), κενε-αυχής, πολυ-γηθής, ταηλεργής (?). Βαθυ-ρρείτης pro ρεφ-έτης, ἀκαλα-ρρείτης, ὠμ-ησ-τής (ἰδ), πούλυ-βότερα, χθών, πολυ-βόντης (βό-σκω) qui multa sc. pecora pascit; de derivatione a nom. subst. βοῦ-ς cogitari non licet; πολύ-τλητος qui multa perpressus est. Θεσπι-δαφής (δαίω, rad. δαφ), πολυ-σπερής (σπείρω), νεο-αρδής, νεο-τευχής, νε-ηκής, νεη-γενής, ἰπαλο-τροφής, πρεσβυ-γενής, πρωτο-παγής, πρωτό-γονος, νεό-στροφος, νεό-πριστος, νεό-δατος, πολύ-κλητος, πολύ-πλευγτος „qui multum jactatus est in terra“, cum vi activa: „qui multum jactat“, ἄνεμος il. XI., 308, et multa alia cum πολυ composita; μελάν-δετος. Suffixo io amplificatum est παν-όψιος pro παν-όπτιος. — τρί-πολος ter aratus, τρί-λλιστος ter rogatus, τετρο-άφορος (ἀφείρω), ἱφεικοσιν-ήριτος cujus originatio adhuc incerta est.

c) Indeclinabile quoddam priore loco: ἑρι-ούνης et ἑρι-ούμιος (ὄν-ἰνημι) qui multum lucri affert; Φεξη-βόλος, Φεκατη-βόλος, Φεκατη-βελέτης, ὑψι-βρεμέτης ὑψι-πέτης, ὑψ-ηκής, ἑρι-βρεμέτης, αἰφει-γενέτης qui semper est, ἀγγέ-μαχος, ἀγγί-μολος (μολ. βλάσκω pro μλώ-σκω), παλιν-ορσος (rad. ἑρσ, cujus factitiva sunt lat. errare et goth. airz-jan, primitus ars-aya), παλιν-τονος, ἀγά-ροφος, ἀγά-στονος, ἀπό-ροφος, Ὀκκεανός, ἀρι-σφαλής, ἀρι-πρεπής, ἑρι-μυκος, ἑρι-θηλής, τηλε-φανής, δις-αφής, εὐ-ώδης, εὐ-φεργός, εὐ-ρρεφής = εὐ-ρρείτης, εὐ-μενέτης, εὐ-πρηστος (πρήθω), αὐτιμή, ἄ-παστος, (ἐπασ-σάμην, πέ-πας-μαι, goth. fad-an, πατ-έομαι = goth. fodjan) qui non est coenatus; ἄ-λληκτος (λήγω) qui non cessat nec quiescit; ἄ-δάκρυτος qui non lacrimat, ἄ-σκοπος, ἄ-φεικής, ἄ-φραδής, νη-φιδ, nom. νῆφης, ν-ῆς-τις (ἰδ), ν-ηλιτής (ἀλιτεῖν); ξα-ρηφής (χαράφω), ξ-αφής, acc. ξαφῆν, ξα-φλερής, attribuitur hominibus fervidis; ἡρι-γένεια a masc. quodam ἡριγενής, δις-θανής, ἄ-φιφωρος vehementer (ἀ int.) clamans. — Ἀρι-φραδής quod facile cognoscitur = ἀρι-γνωτος, ὀψι-γονος, ὀψι-τέλεστος, παλαι-γενής, παλαι-φατος, ἰθαι-γενής (vide infra), ὑψ-ερεφής, ἡμι-δαφής, εὐ-φεργής, εὐ-καμπής, ξα-τροφής, ἄ-φαγής (Φάγνυμι), ἄ-στεμφής quod labefactari non potest (στέμνω = στείβω), ἄ-τειρής quod conteri non potest, et permulta alia, quae a priv. aut. adv. εὐ priore loco exhibent. Abjecto o suffixali exstant: ἄ-δηής pro ἄδητος, ἄ-κμής, ἄ-γνώς, ἄ-βλής. Longum esset omnia enumerare, quae priore loco praepositionem quandam usurpant; satis erit nonnulla afferre; περί-δρομος 1) quod aliquam rem circumdat, πλήμναι, ἄντυγες; 2) quod circumiri potest, κολώνη = collis, qui ab aliis collibus undique est sejunctus; ξυν-ήφορος, ἀπ-ήφωρος (ἀφείρω, ἄφωρο) quod procul pendet od. XII., 435; προ-αλής quod prosilit, χῶρος; ὑπερ-αφής, ἄφελλα = desuper flans; προς-φυής quod cum aliqua re quasi coaluit; περι-ναίτης (ναίω), περι-κτί-ων, περι-κτί-της, μετα-νάς-της (ναίω pro νάσ-τω, νάσ-σα, ἐνάσ-θην) = μέτοιμος; ἐπι-φεικ-τός (φείκω), μένος οὐκ ἐπιφεικτόν = animus, qui non facile cedit; σθένος = vis, quae frangi non potest; cum vi passiva exstare videtur od. VIII., 307; Φέργα γελαστὰ καὶ οὐκ ἐπιφεικτά = quae tolerari non possunt. — Πρό-βολος = προ-βλής, πρό-γονος = προ-γενής, πρό-κλυτος quod jam ante auditum est, φέπεια; ἀμφ-ηρεφής utrimque clausus, φαρέτρη; ἀμφ-ηκής, προ-ηκής in priore parte acutus, ἑρετιά; ἀμφί-δρυφος = ἀμφι-δρυφής (δρύπτω). Suffixo io amplificatum: ὑπ-όψιος pro ὑπόπτιος.

Jam accedamus ad genus inferius compositorum, cujus duas species distinguendas esse censeo,

prout posterior pars nomen subst. aut nomen adj. exhibet. His adscribenda sunt multa eorum, quae a grammaticis indicis „karmadhāraya“, „dvigu“ et „tatpurusha“ dicuntur.

A. Substantivum quoddam accuratius describi potest:

a) adjectivo: Παν-αχαιοί, Παν-έλληνες, ἄμο-γέρον proprie: senex immaturus, i. e. senex robustus necdum debilis; Φισό-πεδον solum aequum: ὁ μέσσο-αυλος, τὸ μέσσο-αυλον media aula; ἄλαο-σκοπιή, ἀκρό-πολις, μεσό-δμη pro μεσο-δόμη, κακο-Φίλιος Ilios pernicioza, ψευδ-ἄγγελος (*adj. ψευδός, ἦ, ὄν), ὄρσο-θύρη?, παν-ἤμαρ vice adv. fungitur.

b) pronomine quodam: αὐτο-καθίγνητος, fem. η = ex iisdem parentibus natus; αὐτ-ἤμαρ idem dies, pro adv. usurpatur; αὐτό-Φετες, αὐτο-νυχί (Dat.), ποσσ-ἤμαρ (adv.).

c) nomine quodam verbali: μισγ-ἀγκεια = ἄγκος ὃ μίσγει = vallis, in qua plures rivi confluent.

d) indeclinabili quodam: ἡμι-τάλαντον, ἡμι-πέλεκκον, ἡμι-ονος, ἄνυς-παρις, δυς-μήτηρ in voc. δύς-μητερ od. XXIII., 97 = mala mater; παλ-ιώξις = παλινδιώξις. — Ἐπι-ποιμήν, ἐπι-βάτωρ, ἐπικουρος, περι-ωπή, μετ-ἄγγελος, ξυν-έριθος, ὑφ-ηνί-οχος, πρό-δομος, εἰς-οδος, ὑπο-δμῶς.

e) substantivo quodam, cui notio genitivi subjicienda est: μητρο-πάτωρ, κονί-σαλος, πολυ-κοιρανίη, πολυ-Γιδρείη, δημο-γέρον, ξυγό-δεσμον, τό, κονά-μνια, δίσκ-ουρα, τά cfr. δίσκον οὐρα il. XXIII., 135; ἱππό-δρομος, ἄρμα-τροχή, πατρο-καθίγνητος, ἱστο-πέδη, ποδά-νιπτρον, θειλό-πεδον?, κρή-δεμνον.

f) Numerali quodam; hujusmodi composita a grammaticis indicis „dvigu“ dicuntur: ἐνν-ἤμαρ, ἐξ-ἤμαρ, τρι-Φετες, πεντά-Φετες, ἑξά-Φετες, ἐπτά-Φετες, εἰνά-Φετες. Etiam ἑκατόμ-βη huc pertinet, nisi contractum est ex ἑκατομβοίη sc. θυσίη. Βη responderet sanscrito gâ, quod exstat in acc. sg. gâm, bactr. gām; etiam germanicae formae chuo, kô, kuh ex illo gâ haud dubie profecta sunt.

B. Adjectivum quoddam accuratius circumscribitur:

a) adjectivo quodam, cui vis adverbii inest: παμ-ποίκιλος omnino varius, παν-αίολος, παγ-χρύσεος, παγ-χάλκεος, παν-άπαλος, παμ-μέλας; παν-άποτος, παν-αῶριος cujus pars posterior iterum composita est ex α priv, subst. ὄρη et suff. ιο; exstat il. XXIV., 540 παῖδ' ἔτεκε παναῶριον; παν-αφήλιξ il. XXII., 490; secunda pars compositi est bahuvrihi, quod dicitur, et valet: „qui aequales procul (ἀπό) habet; πολύ-πικρος, πολυ-δίψιος, πολυ-τλήμων, πολύ-Φιδρις, ὄμ-ἤλιξ. Superlativi posteriorem locum obtinent in παν-υπέριστατος et παν-ύστατος compositis, numerale in πάμ-πρωτος.

b) indeclinabili quodam: δα-φοινός et δα-φοινεός omnino cruentus; ἀγα-κλειτός et ἀγα-κλυτός admodum clarus; τηλε-κλειτός et τηλε-κλυτός, ἀ-νοΦήμων, ἄ-Φιδρις, ἀ-δαήμων, ἀ-μελιχος, ἀ-Φεικέλιος et ἀΦεικήλιος, ἄ-πιστος, ἀ-νόστιμος, ἀ-θέσφατος, ἀν-αίτιος ἄ-μβροτος (μορ, μορ = sanscr. mar, lat. mor-i), ἀ-βρότη νύξ il. XIV., 78; suffixo ιο auctum ἀμβρόσιος; ἀ-πτήν (πηγνός) ο suffixale abjecit; ἐνπλειος, ἐν-φραδής, δυς-ἀμμορος, ἀ-βληχρός admodum (ἀ int.) debilis, παλι-ροδότιος, ἐρί-Φηρος et ἐρί-Φηρες (Nom. pl.), *Φήρος adj. tantum in forma Φήρα (φέρειν) conservatum esse videtur, confer ἐπι-Φηρος et ἐπι-Φήρανος; τρις-μακαρ; ξύμ-πας, πρό-πας, ξυμ-φράδμων, ἐπι-Φείκελος, ἐπι-ξυνος, ἐπι-συνγερός, ἐπ-ανός, ἐπ-ημοιβός, ἐπ-αρωγός, ἐπι-δέξιος, ἐπ-αίτιος, ἀμφι-μέλας, ἀμφι-Φέλισσαι pro ἀμφιΦέλικαι (Φέλικ, Nom. Φέλιξ) in utraque parte curvatus, ἀμφι-δάσεια, αλγίς, περι-κλυτός, περι-φραδής, ἐν-δέξιος, ἐν-αίσιμος, ἐν-αλγίος, ἐν-αντίος, ἐνί-πλειος, ἔμπλειος, ἐξ-ημοιβός, ἐξ-αίσιος, ἐκ-δηλος, περι-δέξιος, ἀντ-ἀξίος, ὑπέρ-οπλος pertinet ad comparativum ὀπλότερος = junior; igitur ὑπέροπλος est is, qui ultra licitum modum juvenilis est, i. e. superbus et insolens; προ-πρηνής, κατα-πρηνής, πρηνής = προ + ηνής, ἀπρηνής = ἀπο + ηνής? κατα-ρίγνηλος, κατα-θνητός. — Numerales quoddam secundo loco exstat in his: ξύν-τρεις, ξυν-εΦείκοσιν; comparativus in ὑπ-ολίξων.

c) Substantivo quodam, cui certi casus notio subjicienda est, ita Nom. in ούλό-χυται, αἱ = χυτόν, δ' ούλή (mola) ἔστιν; Dativi in compositis θεο-Φείκελος = θεός-κελος, ἀλλό-γνωτος aliis notus, δι-Φι-φίλος, ἀρηΐ-φίλος, ἀρηΐ-θοΐος = eadem celeritate atque Mars; δουρι-κλυτός, δουρι-κλειτός, = hastā clarus, ναυσι-κλυτός, ναυσι-κλειτός, δουρι-κτητός hasta acquisitus. Vetus locativus conservatus est in composito μεσαι-πόλιος; μεσαι = sancrito madhyê, quod ex madhya + i exortum esse constat.

Annotationes quaedam.

1) Quomodo altera pars compositi ὀρθό-κραιρος (p. 4.) derivari potuerit a subst. κραία = cornu, quod ipsum haud dubie suffixo „ιο“ addito a nom. κέρας profectum est, perspectum non habeo, quoniam poëtam nihil impedivisset, quominus ὀρθόκραιος formaret. Qui in illa derivatione perseverant, primum demonstrant oportet, quomodo ρ exortum sit, nec accipimus quod saepe a grammaticis profertur, cum in angustiis sunt nec sciunt quid faciant: hanc litteram esse insertam, ut vocabulum melius sonet. Ergo nihil aliud relinquitur nisi κραιρος ducere a voce κάρη = caput, sive suffixo „ιο“ a stirpe quadam κραιρ pro κραιρα, ut Benfeyus docet, amplificatum est, sive ei inest vox κραία ab Hesychio tradita, ut Fickius in lexico suo indogermanico s. v. kara explanavit. Κραία valet caput, deinde aut summa“ aut „prior pars alicujus rei“, cfr. κορυφή. Caput navis est ea pars, quam Graeci πρόραν dicunt; νήρες ὀρθόκραιραι igitur sunt naves, quarum partes priores in altum erectae sunt eodem fere modo quo puppes. Quamobrem etiam ἀμφιέλισσαι vocantur, quod quasi speciem et formam lunae dimidia habebant. Ubi ὀρθόκραιρος bovis attribuitur, κραία aut de cornibus intellegendum est, quod quasi summum caput sunt (gradhörnig vel hochgehört), aut de capite ipso, fortasse ea de causa, quod boves longe aliter atque reliquae bestiae caput ferre solent, ita dico, ut, si lineam duxeris ab ore usque ad extrema cornua, haec in altum directa sit (gradhüptig).

2) Ἀμφιγνήσεις (p. 4.) explicatur: „qui utrobique membra, i. e. brachia robusta, habet.“ At quis τὰ γνία de brachiis robustis intellegeret? Nullo loco apud Homerum comprobari poterit. Quare censeo veterem illam explicationem compositi; „claudus utroque pede“ propius ad propriam compositi vim atque notionem accedere quam hanc novissimam. Constat ἀμφιγνήσεις procul dubio ex suffixo εντ, praep. ἀμφί et nomine quodam *γνή, quod vix sejungi poterit a voc. γνάλον = curvata pars thoracis, et γνής = bura. Valet igitur curvatura. Ἀμφι-γνήσεις est is, „cui curvatura utriusque cruris est“, „distortis cruribus praeditus“ et significat idem fere quod κνλλο-ποδίων (κνλλός = curvus). Ceterum confer ἀμφίγνος.

3) A. Goebelius in „novis quaestionibus Homericis“ suis comprobare conatus est, posterioribus partibus compositorum πολυκτῆμων (p. 5.), εἰείμων, κακοείμων, φιλοπαίμων et quorundam aliorum non inesse substantiva suffixo ματ formata: κτῆμα, εἶμα, παῖμα — sed ea suffixo μων, Nom. μων derivata esse a radicibus verbalibus κτα, εἰς, παυ. At a quo verbo ἀν-αίμων et ἀπήμων

composita profecta esse putemus? Cumque haec nullo alio modo nisi a substantivis in *μα(τ)* desinentibus derivari possint, quid prohibebit, quominus etiam illa, quibus fortasse radix verbalis subesse potest, a nominibus substantivis originem duxisse putemus? Sed quomodo tu suffixum *μον*, nom. *μων*, ex suffixo *ματ* exortum esse comprobabis, obtendent qui negant haec duo suffixa inter se cohaerere. Equidem censeo in derivandis suffixis Benfeyum et L. Meyerum optimam viam et rationem ostendisse, qui docent immensam copiam suffixorum linguarum indogermanicarum originem suam duxisse a paucis formis originariis, ita e suffixo „mant“, ejecta littera n, exortum esse suff. *ματ* (*ὄνομα(τ)*), deinde, abjecta littera t, suff. man, gr. *μον*, *μεν*, lat. men (nomen); abjectis literis n et t suff. „ma“, gr. *μο*, lat. mu-s. Quod etiam compositis Homericis probari potest. Unum compositum, quod altero loco subst. in *ματ* exhibet, suffixi nihil mutat, *ῥευσ-ἀρματ-ες* dico; reliqua omnia pro suffixo *ματ* formam *μον* usurpant: *ἄν-αίμων* (*αἷμα*), *φιλο-παίγμων* (*παῖγμα* ap. Eurip.) cet. Multa etiam abeunt in stirpes quae in o desinunt: *ἔϋ-σσελμο-ς* (*σέλημα(τ)*), *δυς-ώνυμο-ς* (*ὄνομα(τ)*), *ἄ-σπερμο-ς* (*σπέρμα(τ)*).

4) *Χαλίφρων* (p. 5.) conjunctum cum voce *νήπιος* his locis exstat: od. IV., 371 et XIX., 530; *νήπιος* valet „stultus“, similem notionem etiam composito *χαλίφρων* inesse oportet. Substantivum derivatum *χαλιφροσύνη* invenitur od. XVI., 310: *οὐ μὲν γὰρ τὲ χαλιφροσύνην γέ μ' ἔχουσιν* respondet Telemachus, cum pater Ulixes eum admonuisset, ne cuiquam proderet se, Ulixem, jam esse domi, imo hoc quam maxime occulendum esse, ut neque Laërtes neque subulcus neque denique Penelope ipsa cognoscerent. Verbum a stirpe *χαλιφρον* derivatum exstat od. XXIII., 13:

ἄφρονα οὔτε δύνανται

ἄφρονα ποιῆσαι καὶ ἐπιφρονά περ μάλ' ἔοντα

Καὶ τε χαλιφρονέοντα σαοφροσύνης ἐπέβησαν.

Quod compositum usque adhuc interpretes valere dicunt: „cui languor quidam animi inest“, deinde „stultus“, et vocem *χαλι* originem duxisse a verbo *χαλάω*. Sed ut praetermittam, quod inter notiones „languidi“ et „temerarii“ parum similitudinis esse videtur, quam ut commutari inter se potuerint, etiam hoc obstat, quominus istam originationem esse rectam judicemus, quod voci *χαλιφροσύνη* oppositum est *σαοφροσύνη*. *Σαοφροσύνην* is habet, qui consulte agit et ubique rationem sequitur; *χαλίφρων* eum significare oportet, qui non rationem, sed libidines et quemlibet animi impetum sequitur et inconsulte et temere agit, temerarium igitur et inconsultum. Fortasse viris doctis magis placebit vocem *χαλι* ducere a radice *χαλ*, *χαρ*, sanscrite *ghar*, lat. for (in adj. formus) = candere, quae etiam exstat in adj. *χαροπός* proprie „igneus“, deinde „flavus“ (*χαροποί τε λέοντες*). Praeterea voc. *χάλις* = *οἶνος ἄκρατος* et quod idem valet *χαλί-κρατος* ab hac radice derivanda esse censeo nec mirandum est, vinum aqua non mistum propter ardorem suum *χάλιν* vocari. *Χαλίφρων* igitur idem fere valere veri est simillimum atque quod valet nostrum „Hitzkopf“, cui voci procul dubio notio „temerarii“ et „inconsulte agentis“ inest.

5) *Λαλιφρων* = experientiam belli habens, (p. 6.) saepe heroibus attribuitur. In odyssea prior compositi pars propria vim prope omnino amisisse et quasi ad affixum quoddam redacta esse videtur, quod notionem alterius partis quasi augit et extollit; nam de Telemacho, de Antinoo, de Polybo artifice, de matre Ulixis usurpatur. Quod saepius in compositis accidit, ita Justius p. 4. nonnulla hujusmodi exempla affert, ex lingua sanscrita: *go-shtha* = bubile Kuhstall; tamen formatur compositum *açva-goshtha* = stabulum equorum, etiam *go-goshtha*. In linguis germanicis permulta composita exstant, quorum partes priores, propria vi amissa, nisi ad extollendam notio-

nem cujusdam vocabuli non usurpantur. E glossario Saxonico Schmelleriano poematis „Heliand“ nonnulla exempla afferam, in quibus subst. thiod = gens hoc modo usurpatum est: thiod-arbêd = ingens labor, thiod-scatho = homo nocentissimus, thiod-welo = summa felicitas. Num quis jure negabit, id, quod haud raro in linguis cognatis accidere videmus, in graeca lingua fieri omnino non potuisse?

6) Adjectiva *καλό-ς*, *ἀργό-ς* et * *πύκο-ς* in compositis vocalem stirpis finale debilitant ad *ι*; id quod quidem rarius in graeca lingua fit: *τοξί-κλυτος*, *θαλασσί-γονος* cet., in lingua autem latina nunquam fere in compositione negligitur: flammifer, armiger cet. Adjectivi * *πύκος* solus acc. pl. neutr. gen. usurpatur pro adverbio, exstat *πύκα θωρηκτάων*, *φρονεῖν*, *τρέφειν* cet. Ab eadem radice atque *πύκος* etiam *πυλάξω*, *πυκνός* derivata sunt. Quod pertinet ad adj. *ἀργός*, dubitandum est, num notiones hujus: „candidus“ et „celer“ ex una duci possint, quae notiones mihi quidem tam diversae esse videntur, ut non reperiam, quomodo altera in alteram transierit. Haud dubie *ἀργός* = candidus pertinet ad adj. *ἀργής* et derivandum est a radice quadam, quae exstat in forma sanscrita „arj“ (arj-una = albus) et transpositis litteris in forma „rāj“ = nitere. Rationem certam derivandi adj. *ἀργός* = celer nescio.

7) *Ὀμηγερός* constat ex *ὀμό-ς*, cui inest vis pronominis „idem“ et nomine quodam * *τὸ ἄγερος* = *ἡ ἀγορά*, quod quidem non exstat, sed ex composito nostro conjectandum est. *Ὀμηγερός* est is, „qui eandem contionem habet“, i. e. „qui in eadem contione qua reliqui adest.“ Priorem compositi partem esse adverbium *ὀμοῦ* = simul, forma compositi conjicere vetat.

8) *Στεινωπός* usque adhuc ab interpretibus explicatur esse compositum ex adjectivo *στεινός* pro *στενός* et substantivo *ὄψ*, quod proprie „oculum“ seu „vultum“ significat. Quod parum veri simile est. Miror quod nemo in aliam derivationem incidit, quae profecto quasi ante oculos versatur. Exstat subst. *ὀπή* = foramen, non quidem apud Homerum, sed saepius apud hunc poetam vocabula nisi in compositis non inveniuntur, quae apud scriptores posterioris aetatis separatim exstant. Quibus subst. *ὀπή* adscribendum est. *Στεινωπός ὁδός* est via, quae angustum quasi foramen sive exitum habet, „angustiae locorum“, ὁ στ. „angustiae fretorum.“ Etiam in composito *ἀδλ-ωπίς* subst. *ὀπή* deprehendisse mihi videor et gaudeo, quod id jam doctissimus Düntzer cohaerere cum *στεινωπός* conjectavit. Scholiastes quidam *ἀδλῶπιν τρυφάλειαν* esse galeam tubo ornatam, cui crista inseri posset explicavit. Compositum nostrum iis quae „bahuvrihi“ dicuntur est adscribendum; valet: quod *ὀπήν* = foramen *ἀδλῶ ὁμοίαν* = tubo simile habet.“ Quod o vocis *ὀπή* productum est non obturbabit; nam haud raro vocalis brevis initio posterioris compositi partis producitur; *α*, *ε* in *ἄ*, *η*: *ἄλι-αφής*, *ἄν-ήνωσ*, *ἐπ-ηρηφής*, *ο* in *ω*: *ἐπ-ώννυμος*, *κρατερ-ῶνυξ* cet.

9) *Προ-θέλυμος* adj. exstat etiam il. XIII., 130, quo loco legimus: *ἔμμνον Ἐκτορα Τροῶς τε φράξαντες δόρον δουρί, σάκος σάκει προθέλυμον*. Praeterea * *τὸ θέλυμον* exstat in composito *τετρα-θέλυμος*, *σάκος* il. XV., 479, od. XXII., 122. *Τὰ θέλυμνα* a Scholiaste quodam explicatur esse idem quod *οἱ θεμέλιοι*, apud Emped. 73, 139 elementa rerum. *Οἱ θεμέλιοι*, a rad. *θε* = ponere derivatum, sunt „lapides fundamentales“, „fundamentum“, cfr. Thuc. I., 93: *οἱ θεμέλιοι παντοίων λίθων ὑπόκεινται*. Quae notio omnino quadrat ad illos locos, quos supra attuli. At *σάκος τετρα-θέλυμον* haud dubie idem valet atque quod *ἐπιταβόφειος* valet: est scutum, quod constat ex quatuor tabulatis corii = vierschichtig. Sed etiam tertia notio huic vocabulo *θέλυμον* inesse videtur, quod conjiciendum est, si istum, quem attuli, locum il. XIII., 130 aliquo modo apte interpretari volumus; „propugnaculum“ vel „pluteus“ valere videtur, ut jam vertamus: Opperiebant Troës

et Hectorem hastam hastae adjunctentes et scutum scuto ita, ut haec inter se conjuncta scuta quasi propugnaculum quoddam ante eos (πρό) adversus hostem essent. Hoc loco προθελύμῳ proleptice, ut grammatici dicunt, usurpatum esse haud quisquam erit, qui non intellegat. Cum de radice hujus vocabuli „θελ“ (nam in dubium vocari non poterit „υμνο“ pro „υμενο“ esse suffixum participii cujusdam) alii alia censuerint, liceat mihi conjicere ei inesse vim „struendi“, quae facile e notione „fulciendi“, ab A. Fickio radici dhar = θελ in vocabulis „dharumna“, „dharuna“ attributa, duci potest. Eandem radicem θελ = dhar etiam in vocabulis θόλος et θάλ-αμος deprehendisse mihi videor. Θέλυμον est igitur „id quod struitur.“ Quod etiam significat: „id quod primo substruitur“, „fundamentum cujuslibet rei“, in quo exstructa est, neminem obturbabit, qui animadverterit voc. θέμεθλον a rad. θε = ponere derivatum idem valere: legimus apud Homerum: κατ' ὀφθαλμοῖο θέμεθλα, κατὰ στομάχοιο θέμεθλα et Ὠκεανοῖο θέμεθλα. Sed haec hactenus.

10) Δασπλήτης attribuitur Erinnyibus. Qui non censent cuiquam licere formas linguae ad libidinem tractare, non probabunt istud compositum explicari: „quae atrociter ferit“, „die hart treffende.“ Etiamsi consentinus radicem πλαγ, πληγ verbi πλήσσω pro πλήγ-γω, littera γ addita, profectam esse a rad. πελ, πλε et ab eadem radice suffixo τιδ, nom. τις, alteram compositi partem πλητης esse derivatam, nullo pacto concedendum priorem partem δας esse idem atque δα pro διά, ξα = vehementer (δά-σκιος). Num qui hoc contendunt se cuiquam persuasuros esse putant ε insertum nec ad notionem ullius momenti esse? Miror quod nemo in radicem παλ et transpositis litteris πλη, ut βαλ fit βλη, ταμ τημ cet., incidit, ad quam pertinent πάλλω pro πάλ-γω, lat. pellere, πόλτος = pult, nom. puls. Masculina in της exeuntia respondere solent femininis in τιδ desinentibus: ἐργάτης-ἐργάτιδ, προφήτης-προφήτιδ cet. Est igitur conjectandum masculinum quoddam πλήτης, quod re vera exstat in composito τειχεσι-πλήτης et jam in lexico Seileriano recte derivatur a radice πελ, cui inest notio „feriendi“ et „tundendi.“ Sed falso vertitur: „den Mauern nahend“, „Mauerstürmer.“ Πάλλω, lat. pellere valet „vehementer agitare“, „vibrare“ (ἐγγές-παλος, pellere sagittam), „tundere“ vel „contundere“ (πόλτος = puls proprie „id quod contusum est“). Τειχεσιπλήτης igitur aut vertendum est: „qui muros contundit“, „Mauernzertrümmerer“, aut si τειχεσι locativum esse judicamus: „Qui in muros tundit.“ Redeamus jam ad vocem δας-πλήτης. Perspectis omnibus radicibus a d incipientibus nullam repperi quae aptiorem ad explicandum notionem praeberet quam rad. „du“ = „urere“, „torquere“, ad quam pertinent δαίω pro δαF-ιω, δαFίς, att. δᾶς — fax, lac. δαβ-ελός, δαλός pro δFα-λός. Censeo vocem δας esse detruncatum nomen quoddam eique notionem „facis“ inesse, etiamsi comprobare non conabor δας nihil aliud esse nisi δαFίδ, δαFίς, δᾶς. Qui interpretati sunt: „quae cum face appropinquat“ (Doederlinius, Faesius et alii) sensisse videntur, quoniam istae terribiles deae a poëtis et pictoribus ita effingebantur ut faces manibus ferrent, interdum etiam flagella, tale quid composito δας-πλήτης insit oportere. Vertemus igitur: „Quae facem manibus vibrat“, „fackelschwingend.“ Ceterum doctissimus vir A. Kuhnius in ann. suis I., 439 mihi necessarie demonstrasse videtur vocabulum „Erinnyís“ esse idem atque sanscritum „saranyu“ et proprie nubem significasse, quae fulgura et procellas secum ferat. Ut hoc est, jam veteres compositum δας-πλήτης et detruncatum δας-πλής non intellexisse videntur et conjecisse ei inesse notionem quandam „terribilis“ vel „saevi“, ut poëtae posterioris aetatis, in his Nonnus, compositum variis rebus attribuerint, ita dentibus, securi, gladio.

(11) Ἀγαπ-ήνωρ explicatur: „ὄς ἠνορέην ἀγαπᾷ“, „qui virtutem amat“, et prior compositi pars

derivatur a verbo ἀγαπᾶν. Quae originatio si recta esset, ἀγαπήνωρ nihil aliud valere posset nisi: „qui virum amat“; nam quis nobis persuaderet esse in voce-ηνωρ subst. ἠνορέη? Equidem censeo ἀγαπο nihil esse nisi adj. quoddam a subst. * ἄγη suffixo „πο“ derivatum. Quod suffixum, haud dubie e forma „κο“ profectum, cum radices pronominales a p incipientes non exstent, abjecto „ο“ suffixi, etiam in nonnullis aliis vocabulis mihi deprehendisse videor, quae usque adhuc partim pro compositis habita sunt, haec dico: αἰδοψ = αἰδων a radice „idh“ = candere, et producta vocali i ad ai, id quod a grammaticis indicis „guna“ dicitur, aidh, graece αἰθ. Igitur αἰδοψ, quod leoni attribuitur, valet „flavus“; μέροψ ab eadem radice qua etiam βροτός pro μρο-τός derivandum esse videtur; valet „mortalis“; στέροψ fulminans et στεροπή fulmen a rad. „star“ = spargere; χαροπός, quod post Homerum etiam χάροψ sonabat, jam ab A. Fickio relatum est ad radicem „ghar“ = candere; praeterea οἶνοψ, ἦροψ, νῶροψ quorum originatio incerta est; denique μῆλοψ, quod fortasse pertinet ad τὸ μῆλον. Mirandum est quod tamdiu viri docti pro certo habuerunt posteriorem horum partem esse subst. ὠψ, ὠπός = „oculus“, „vultus“ cum ea composita, quae procul dubio posteriore loco hanc vocem exhibent, ubique ω conservarint, ita κύκλ-ωψ, Φελκ-ωψ, μέτ-ωπον, πρὸς-ωπον, γλαυκ-ᾠπις.

12. Quid valeat ἰθα-γενής (p. 13.) et a quo vocabulo prior compositi pars profecta sit dubium non erit; sed quomodo ἰθα exortum sit et qualis forma ei insit usque adhuc repertum non est. Cum vice adverbii fungatur, verisimile est ei certum quandam casum inesse, sicut supra in forma μεσαι compositi μεσαι-πόλιος veterem locativum deprehendimus. Locativus rejiciendus est; nam ἰθέφι, ἰθεί sonaret, ergo dativus solus restat, cujus terminatio „ai“ erat, gr. in I. decl. αι: χώρα pro χώρα = χώρα + αι, in II. decl. οι: ἀγοῶ pro ἀγοαι = ἀγο + οι. In III. decl. dativus amissus est et locativus ejus vice fungitur. Fortasse in forma ἰθα, apud posteriores scriptores ἰθα, vetus dativus III. decl. conservatus est, si quidem comprobari poterit ἰθα profectum esse ex ἰθφαι = ἰθν + αι. Responderet enim istud ἰθφαι quibusdam dativis nominum in „u“ exeuntium et linguae vedicae: kratv̄(ai) = kratu + ai vocis kratu, et zendicae: paçv̄e = paçu + ai nominis paçu = lat. pecu; nec minus dativus ἰθα in lingua zendica analogam formam habet, dico anhu-ê nominis anhu = sanser. asu = existentia.

13) Ἀμαιμάκετος composito variae notiones ab interpretibus subjiciuntur: alii a verbo μάχεσθαι derivarunt et explicarunt: „quod impugnari non potest“ = ἄμαχος; at quis malum procella eversum (od. XIV., 311) ita diceret? Mitto quod etiam forma compositi hanc derivationem vetat. Alii compositum esse idem comprobare conati sunt atque μακρός, μακεδνός; alii recte quidem derivant a verbo μαιμάσσω, μαιμάω, sed vertunt: „quod domari non potest“, „indomitus“, ut videtur quod suffixo το vel ετο falso vim passivam subdunt. Quorum error facile everti poterit, cum plura exempla graecae linguae attulero, quibus suffixis „το“ vel „ετο“ formati inest vis activa: πολύτλητος „qui multa perpeusus est“, ἄπαστος „qui non edit“, ὀδονήφατος quod dolores lenit“ cet.; suffixo „ετο“ cum vi activa exstant: δακ-ετόν „bestia mordens“, ἐρπ-ετόν „bestia serpens.“ Igitur nihil obstat, quominus etiam composito ἀμαιμάκετος vim activam subjiciamus. Constat ex suff. „ετο“, radice reduplicata μαι-μακ et ἄ intensivo, quod notionem cujusdam vocis extollere satis superque vidimus. Reduplicatio μαι eadem est atque in verbis παι-φάσσω, παι-πάλλω. Μαιμάσσω pro μαιμάκ-ω valet: „vehementer esse agitatedum“; ab eodem verbo profecta sunt: Μαιμάκτης, Jovi attributum, quia procellas excitat, Μαιμακτηριών mensis, quo Jovi τὰ Μαιμακτηρία Athenis agebantur. Inde sequitur, ut comp. ἀμαιμάκετος valeat: „vehementer agitatedus“; Χίμαιρα ἀμ. il. VI., 179, XVI., 329 est igitur „Chimaera vehementer agitata“, sc. furore, i. e. „furens et

tumultuans“, „die tobende Chimaera.“ Sed exstat compositum nostrum etiam od. XIV., 311, quo loco Ulixes fingit, se tempestate orta fecisse naufragium; cum Jupiter fulmine malum navis deiecisset in mare, omnes socios interiisse, se solum servatum. Legimus isto loco:

Ζεύς ἐμοὶ ἰστὸν ἀμαυμάκτον νηΐος κvanoπρόφοιο

ἐν χείρεσσιν ἔθημεν = „Jupiter mihi malum

navis, qui vehementer jactabatur, sc. undis et procella, in manus dedit, ut exitio evaderem.“ Hac ratione facillime difficultates explicandi compositi tolli posse censeo.

14) *Κυδιάνειρα*, quod vertitur: „viros celebraus“ et attribuitur et proelio et contioni, derivatur a verbo *κυδιάω* = „superbum esse“, „magnifice ingredi“; sed notandum est nec apud Homerum nec apud posteriores usquam huic verbo inesse vim transitivam, quam composito *κυδιάνειρα* procul dubio inesse oportet. Quis denique priorem partem *κυδι* a verbo denominativo *κυδαίνω*, quod valet: „celebrare“, profectum esse comprobabit? Quare aliam viam et rationem explicandi instituamus. *Κυδιάω* a substantivo quodam * *κυδίη* = *κῦδος* suffixo „jo“ esse derivatum constat, cum verba in *άω* perpaucis exceptis a substantivis in *α* vel *η* desinentibus profecta sint. Igitur exstitisse quondam *κυδίη* subst. verisimillimum est, sed nusquam conservatum esse videtur nisi in composito *κυδιάνειρα*. Praeterea notatu dignum est, quod in hoc composito partes compositi inter se commutatae sunt: quae in similibus compositis locum posteriorem obtinet, priore exstat. *Κυδιάνειρα*, quod iis quae „bahuvrihi“ dicuntur compositis adscribendum est, valet: „quod viris gloriam affert.“

15) *Ἄατος*. Non est cur explicationem: „inviolabilis“ deseramus et ad pristinam illam redeamus: „valde noxius“, „perniciosus“; nam quadrat ista notio ad eos locos, quibus compositum exstat, multo melius quam omnia quae ab interpretibus nostris diebus prolata sunt. Attribuitur aquae Stygis (il. XIV., 271: ὄμοσόν μοι ἄατον Στυγὸς ὕδαρ), per quam diis jus jurandum maximum erat, od. V., 185, il. XIV., 37 Στυγὸς ὕδαρ ὅστε μέγιστος

ὄρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν;

il. II., 755 ὄρκον γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατος cet.

At cui in mentem veniret huic vocabulo isto loco inesse vim „perniciosi?“ Quisnam aquam Stygis perniciosam ea de causa vocaret, quod perjuris dis exitio foret? Quod mihi aequae ineptum videretur atque si quis judicia, quod hominibus improbis poenae irrogant, perniciosa diceret. Accuratus de locis od. XXI., 91 et XXII., 5 agendum, quibus compositum nostrum conjunctum est cum subst. ἄφεθλος. Penelope arcum ingentem Ulixis procis tradiderat et promiserat se uxorem secuturam esse cum qui arcum tetendisset et sagittam per secures pepulisset. Eumaeus et bubulcus, arcu carissimi domini conspecto, lacrimare coeperunt, quare ab Antinoo increpantur et jubentur, cum arcum posuerint, aut tacere aut exire: arcum procis fore ἄφεθλον ἄατον = certamen inviolabile. Quid valet certamen inviolabile? Censeo nihil aliud nisi certamen, cujus conditiones violare nefas est. Paulo post poeta ipse causam affert, cur Antinoo summae curae fuerit, ne quis conditiones certaminis negligat: sperat se ipsum ex certamine victorem discessurum et Penelopen uxorem esse ducturum:

τῷ δ' ἄρα θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι ἐφ' ὄλπει νευρὴν ἐντανύσειν διοφιστεύσειν τε σιδήρου, et deinde pergit poeta:

ἦτοι δφιστοῦ γε πρώτος γενέσθαι ἐμελλεν, quod bene observandum, ut statim videbimus. At cui in mentem veniret isto loco ἄατος valere „exitiosus“, quod Antinous praevidisset exitum certaminis procis exitiosum fore? An quod nullus eorum arcum tenturus foret? Nam Ulixem jam

